1 ¶ Quotuplex est iuramentũ. R̷. diuersi diuersas po/nũt distinctiones. vnde. s. Tho. vbi supra. iuramen/tũ est duplex. s. assertoriũ qd̓ fit de aliquo ꝑsenti. vel ꝑterito. cũ. s. quis iurat sic fuisse factũ vel sic modo esse. Aliud dr̃ promissoriũ cũ. s. quis iuramẽto pro/mittit aliquid se facturũ: ⁊ quodlꝫ horũ fit dupl̃r q2 vel per simplicẽ attestationẽ. vt cũ simpl̃r iurat ali/quid se fecisse vel eẽ vel nõ eẽ vel eẽ facturũ vel non facturũ aliquid. vel fit per execrationẽ puta cũ iurat si nõ est sic vt asserit vel si nõ faciet qd̓ promittit ꝙ deus nõ adiuuet eũ. vel nõ saluet vel eueniat sibi ta/le vel tale malũ vel filijs suis: ⁊ hmõi. ⁊ sic obligat illud per quod sic iurat vt diuinũ iudiciũ i eo exer/ceat̃ vel diuina vltio. si non iurat verũ. Quidã alr̃ distinguũt dicentes ꝙ duobus modis iuratur ꝑ solo sermone. sicut i veteri lege dicebant. viuit dñs. viuit aĩa mea hoc addat mihi dñs. i. R̷. 22. 22. q. i. c. ⁊ iu/rabãt. i primitiua vero ecclesia iurabãt dicẽtes te/stis ẽ mihi deus. deũ inuoco in testẽ. veritatẽ dico in xp̄o ⁊ nõ mẽtior. testis est ꝯsciã mea. 22. q. i. si peccãs ⁊ sic deus me adiuuet. 35. q. 6. c. de parẽtela. Itẽ per euãgeliũ xp̄i. ꝑ crucẽ. ꝑ ordinẽ sacrũ. per sanctos vñ ſꝫ Ray. alr̃ iurabat̃. i. ſꝫ aliã formã iurabãt i vete/ri lege. s. dicẽdo viuit dñs ⁊ viuit aĩa tua. 4. q. R̷. 4. ⁊ d. c. ⁊ iurabũt i noĩe meo viuit dñs: ⁊c̃. Et hoc iura/mentũ est per simplicẽ attestationẽ: ⁊ est sensus. ita hoc est verũ sicut est verum ꝙ deus viuit ⁊ aĩa tua viuit vel iurabat̃ per execrationẽ. s. hoc faciat mihi deus ⁊ hec addat. s. si nõ fecero. sic de⁹ faciat mihi vel alij hec mala. hec nõ Pa. i. c. ⁊ si xp̄s ꝯ iur. iur.

¶ Alr̃ distiguũt aliqui maxime canoniste ꝙ duplex 2 est iuramentũ. aliud iudiciale. aliud extra iudiciale. primũ est qd̓ defertur in iudicio: ⁊ istud aliqñ dicit̃ iuramẽtũ ꝯ calũnia quo quis iurat se bona fide nõ aĩo calũniãdi cãꝫ mouisse. vel respondere seu aliqd̓ aliud proponere. vt. C. ꝯ iura calũ. l. 2. §. i. ff. fa. her. l. iter coheredes. §. q familie her. Et est calũnia fal/sa petitio. vel iniusta repulsio. facta scienter: ⁊ illud iuramentũ nõ tñ debet eẽ de ꝑterito. sed etiã de fu/turo. vt. d. §. qui familie her. Aliqñ solũ dr̃ iudiciale ⁊ dr̃ iurare i litẽ ex eo ꝙ ꝓpter litẽ vel rẽ i litẽ. i. pe/titã ꝑstatur. vñ aliqñ dat̃ a iudice qñ deficiẽtibus probationibus habet vnũ testẽ. vel famã: ⁊ cõpellit eũ iurare: ⁊ dr̃ necessariũ q2 pars nõ põt illud recu/sare sine causa. vt i. c. si. de iur. iur. i prin°. Appellat̃ decisoriũ q2 ꝑstatur ad litis decisionẽ. Aliqñ istud iudiciale dat̃ a parte parti: ⁊ istud bene põt recu/sari. vt. d. c. si. Extraiudiciale iuramẽtũ appellatur volũtariũ q2 volũtate ⁊ ex ꝯuentiõe partiũ suscipit̃, ⁊ istud diuiditur. vt i. §. ꝑcedẽti.

¶ Utrũ sit licitũ iurare. R̷. ſꝫ. s. Tho. vbi. s. ar°. 2°. ꝙ 3 iuramẽtũ ſm se est iustũ. licitũ. ⁊ honestũ qd̓ pꝫ ex origine ⁊ fine. ex origine quidẽ q2 iuramẽtũ est in/troductũ ex fide qua hoĩes credũt deũ habere ifalli/bilẽ veritatẽ ⁊ vlẽꝫ oĩuꝫ cognitionẽ ⁊ prouisionẽꝫ. Ex fine aũt q2 iuramẽtũ. itroducit̃ ad iustificandũ hoĩes ⁊ ad finiẽdũ cõtrouersias vt dr̃ ad hebr. 6. Sed iuramẽtũ põt cedere i malũ alicui ex eo ꝙ ma/le vtatur eo. i. sine necessitate ⁊ cautella debita vr̃. n. paruã reuerentiã habere ad deũ qui eũ leui cã testẽ iducit qd̓ non presumeret etiã de aliquo viro hone/sto. iminet etiã periculũ periurij q2 ꝯ facili hõ delin/quit i verbo ſm illud Ja. 3. si quis i verbo nõ offen/dit hic perfectus est vir. vñ eccl. 23. dr̃. iurationi non acquiescat os tuũ. multi. n. casus i illa. Et ꝓpter hoc dñs Mat. 5. dicit. Ego dico vobis nõ iurare oĩo. ⁊ Ja. 5. añ oĩa fratres mei. nolite iurare. Nõ q2 non sit licitũ oĩo iurare qd̓ ostendit̃ ex eo ꝙ Paulus in epistolis suis iurauit. sed ne iurãdo ad facilitatẽ ꝑ/ueniãt ⁊ ex facilitate ad ꝯsuetudinẽ ⁊ ex ꝯsuetudi/ne ad piuriũ. vnde nõ legit̃ ꝙ apostolus iurauerit nisi scribẽdo qd̓ fit cũ maiori cautella. hec. s. Tho. ⁊ Ray. aut duplex est causa inuentionis iuramenti vna ꝓpter ifirmitates nõ credentiũ. vt puta cũ ali/cui suadet̃ aliqd̓ bonum ⁊ nõ credit verbo simplici itroductũ est ꝙ possumus iurare. 22. q. i. nõ est ꝯtra.

ẽ.c.si peccã. Alia est fuit pmissiua.s. ppter euitãdaȝ
idolatriã ppter qđ ɔcessuȝ fuit iudeis iurare p deũ.
ne iurãdo p creaturas i ydolatriã iciderẽt.22.q.1.cõ
sidera. Est ergo iuramẽtũ licitũ ⁊ meritoriũ quãdo
p ipm primo subueniť. vñ in psal. dñe quis habita/
bit i tabernaculo tuo:⁊ sequiť qui iurat primo suo
⁊ nõ decipit. Nõ tñ est assuescẽdũ ad iuramẽtũ pro
pter periculũ piurij. ppter qđ nõ nisi ob necessitateȝ
vel vtilitatẽ est iurãdũ.22.q.1.ita ergo. Et sic itelligẽ
dũ ẽ qñcũqȝ iuramẽtũ iueniť phibitũ.s.ꝙ semp itel
ligiť phibitũ nisi rõnabilis necessitas vrgeat.c. ⁊ si
xp̃s:de iur.iur. hec Ray. ɔformiter.s.Tho.
4 ¶ Ut[rum] sit licitũ iurare per creaturas. R. fm.s.Tho.
vbi supra ar°.6.ꝙ iuramentũ principalr referť ad
deũ cuius testimoniũ iuocatur. secũdario aũt assu/
mitur alique creature nõ fm se. sȝ inquãtũ i eis di/
uina veritas manifestať sicut iuramus p euãgeliũ.i.
p deũ.cuius veritas ĩ euãgelio manifestať:⁊ p san/
ctos q hãc veritatẽ crediderũt ⁊ obseruauerũt:⁊ hoc
fit per simplicẽ ɔtestationeȝ. Aliquãdo aũt iuratur
p creaturã p quãdã execrationẽ vt dictũ est supra:⁊
ĩ hoc iuramẽto iducť creatura aliqua vt i ea diui/
nũ exerceať:⁊ sic solet hõ iurare per capud suũ aut
filiũ suũ aut per aliquã aliã rẽ quam diligit sicut ⁊
apo[stolus] iurauit.2.cor.1.dicẽs. Ego testẽ deũ inuo/
co ĩ aiaȝ:⁊ Joseph p salutẽ pharonis iurauit. vtro/
qȝ modo itelligi põt. vel per modũ execrationis qñ
salutẽ pharaonis obligauerit deo si non sic faceret.
vel per modũ cõtestatiõis quasi cõtestãdo veritatẽ
diuine iustitie ad cuius executionem principes terre
cõstituũtur ⁊ sic iuocať diuinũ testimoniũ qđ i crea
turis relucet. Prohibuit aũt dñs Mat.5.nõ iurare
oĩo p celũ neqȝ p terrã neqȝ p hierosolimã neqȝ per
capud tuũ ita q̃ eis exhibeať reuerẽtia diuina. vnde
Hie.ibidem dicit ꝙ iudei per angelos ⁊ cetera hu/
iusmodi iurãtes creaturas venerabãtur dei hono/
re:⁊ eadem ratione puniť clericus per creaturã iu/
rans.qđ ad blasfemiã ifidelitatis pertinet.22.q.1.de
nicũ. vnde in sequẽti.c.diciť.si quis per capillum vel
caput iurauerit vel alio modo blasfemia cõtra deũ
vsus fuerit.si in ecclesiastico ordine est deponať.hec
ille sic igiť iurare per creaturas tãqȝ p id qđ princi
paliter i testimoniũ iurãdo iuocatur est prohibituȝ
tãqȝ blasfemia vt pote q: attribuũt honorem latrie
creature vnde precipiť Exo.23.per nomen externoꝝ
deoꝝ nõ iurabitis. Si aũt iureť p creaturas iquãtũ
deus p quẽ principalr iurať reperiť i creatura ⁊ re
lucet in ea modo dicto nõ est prohibituȝ.
5 ¶ Quid de his qui iurãt per mẽbra dei vel sanctoꝝ
R. fm.d.ar.s.ꝙ aut iurat p mẽbra inhonesta:⁊ sic
sonat blasfemiã:⁊ est mortale.⁊ magnã irreueren/
tiã facit:⁊ sic intelligiť.c.si quis per capillum.22.q.1.
aut iurat per mẽbra honesta vt per corpus. vel san
guinẽ vel capud:⁊ hmõi:⁊ tũc de se nõ est peccatũ
ex modo iurãdi.sed eẽ posset si ex cõtẽptu. vel irre/
uerentia sic ageret. vnde possunt poni alique cõclu
siones. Prima ꝙ semper quãdo iurãdo blasfemat
peccat mortalr. ff. blasfemia.§.1. hec itellige si ad/
uertit qđ dicit. de male.c.statuimus. vbi ppter enor
mitatẽ debet iponi penitẽtia publica. Secũda ꝙ ꝙ
noiare mẽbra dei ⁊ sanctoꝝ inhonesta est mortale.
Tertia ꝙ quocũqȝ modo piurat peccat mortaliter
q: est directe cõtra preceptum decalogi non assumes
nomen dei tui in vanũ. Alias si iurat veritatẽ non
est peccatũ nisi ppter irreuerentiã vel cõtẽptũ.
¶ De forma iuramẽti qđ facit imperator pape ha 6
bes i de.romani. de iur.iur.li.6. q̃ in glo. forma
vero iuramẽti qđ faciũt epi pape qui sunt exempti
habetur in.c.ego epis.co.ti. Nam nõ exempti epi iu
rant suis archiepis vt i.c.delecti.de maio.⁊ obe.ho
die tñ.oẽs recipiẽtes dignitates a papa sibi iurant
etiã Abbates i benedictiõe sicut epi i cõsecratione.
cõprehẽdit aũt hoc iuramentũ septẽ articulos. pri/
mus est ꝙ iurant fidelitatẽ sancto Petro:⁊ roma/
ne ecclesie:⁊ pape tũc existenti:⁊ successoribus suis
⁊ itelligiť fm Inno. seruare fidelitatẽ beato Petro
quando seruat fidẽ ⁊ doctrinã quã seruauit beatus
Petrus.i.fidẽ catholicã. seruat autẽ fidelitatẽ Ro/
mane ecclesie quãdo tenet eã matrẽ ⁊ magistrã pre
cedentẽ ⁊ dominã ĩ ea etiã intelligũtur cardinales
fm Jo.an.cũ ipi cũ papa ɔstituant ecclesiã roma/
nã.intelligiť etiã ibi papa.sed tñ fit mentio specia/
lis pape ⁊ sic iurãs nõ astringiť cuiliȝ i particulari.
sed ipi collegio.secus in papa cũ ipe noietur in spe/
ciali. Ista est for[ma] abstracta ex registro Greg. Ego
epo. N. ab hac hora i antea fidelis ero sancto Pe/
tro sancteqȝ rom[an]e ecclesie dño meo pape. N. eius/
demqȝ successoribus canonice itrãtibus. Nõ ero i cõ/
silio aut i facto vt vitã pdat aut mẽbrũ vel capiať
mala captione. cõsiliuȝ quod mihi aut p se aut per
l[itter]as aut per nũtium manifestabit nulli pandã. pa/
patũ romane ecclesie:⁊ regulas sanctoꝝ patrũ ad/
iutor ero ad defendendũ:⁊ retinẽdũ saluo honore
meo. cõtra oẽs homines. vocatus ad synodũ veniã
nisi impeditus fuero canonica prepeditione. legatũ
apostolice sedis quẽ certũ esse cognouero in eũdo ⁊
redeũdo honorifice tractabo ⁊ in suis necessitatib[us]
adiuuabo. apostoloꝝ limina singulis annis visita
bo aut per me aut p certũ nuntiũ. nisi eoꝝ absoluar
licentia sic me deus adiuuet ⁊ hec sancta dei euan/
gelia. vide vbi supra in glo. De forma iuramẽti qđ
faciunt rectores ⁊ curati epis suis: dicit Host.ꝙ fm
diuersitatẽ locoꝝ diuersa seruãtur. hec tamẽ videť
cõgrua ⁊ per iura probari iurabit.1°.ꝙ erit fidelis
episcopo ⁊ obediens.eo.ti.c.nullus. sub quo itellige
ꝙ seruabit sententias eius ⁊ faciet seruari.2°.ꝙ mã
data sancta ⁊ honesta implebit.de offi. Archi.c.si.
3°.ꝙ nihil allienabiť de bonis ecclesie sine eius licẽ
tia.17.q.4.inuentiõibus.4°ꝙ nomine ecclesie vltra
certã summã que arbitrarie determineť nõ ɔtrahet

pitulū,5° φ ecclesiā nō relinquet nec ad aliā se trās
ferat sine sui licentia.c.admonet de renū.6° φ iura
ecclesie pro posse petet ꝛ defendet. vtilia ei procura
bit ꝛ nocua vitabit ar.16.q.1.qui vere.7° iurabit φ
nihil dedit vel dabit nec aliqḋ pactuȝ faciet nec ali/
qḋ illicitū comittet p se vel per aliū pro adipiscēda
dignitate.sententia vel ecclesia.de pactis.c.fi. ꝛ φ si
hoc vitiū ad eū peruenerit adnūtiabit ꝛ ad volun/
tatē eius renūtiabit illi vitio. 8° φ tēpore suo ordi/
nes recipiet si nōdū recepit.c.queris. de eta.ꝛ quali
te.9° φ in ecclesia personaliter residebit ꝛ deseruiet
in ordine suo.c.relatū.de de.nō resi. 10°.φ non soluet
vltra antiquā pensionē seu censum in.c.sua nos.co.
ti.ꝛ hoc itellige ḋ clerico bñficiato.Nā alij clerici.s.
nō beneficiati nō tenētur iurare epo nisi sint dispen
satores vel administratores reꝝ ecclesiaꝝ.d.c.nullus.
De forma iuramēti vassalli qḋ prestat dño suo ha
betur.22.q.5.c.de forma.vbi dicit. Qui fidelitatem
dño suo iurat ista sex semper i memoria debet ha/
bere incolume.tutū.honestū.vtile.facile. possibile in
columne ne.s.sit indānū de corpore suo dño suo.Tu/
tū ne sit ei i dānū de secreto suo vel i munitionibus
per quas tutus eē posset ꝛ honestū ne sit ei i dānum
de sua iustitia vel de aliis causis que ad eius iusti/
tiā vel honestatē ptinere videtur.vtile ne sit ei i dā/
num de suis possessionibus. facile ne id bonuȝ quod
dominus suus leuiter facere poterat faciat ei diffici/
le. Possibile ne id quod possibile erat reddat ei im/
possibile ꝛ sit in eis contrarius sit fauorabilis ꝛ ita
ecōtra debet dñs vasallo. de forma iuramēti heretī
coꝝ.v.inquisitor.§.10.

7 ¶ Ut iuramentū cōuenienter ponātur tres comites ipsius iura/
menti ad hoc φ sit licitū vȝ veritas.iudiciū: ꝛ iusti/
tia.R.φ sic bm beatū Hie.super id qḋ Hiere.4.scri
bitur.iurabis viuit dñs in veritate:ꝛ iudicio : ꝛ in/
stitia.qḋ declarat.s.Tho.vbi supra.ar°.3°. dicens.
Iuramentū nō est bonū nisi ei qui bene vtitur iura
mento.ad bonū aūt vsum iuramēti duo requirūtur
p quidē φ aliquis nō leuiter. sed ex nec° causa ꝛ di
screte iuret:ꝛ quātū ad hoc requirit iudiciū.s.discre
tiōis.ex parte iurantis vt.s.bene examinet ꝛ discer
nat quod iuratur si est veꝝ ꝛ si est sufficiēs causa ꝛ
vrgens.Secūdo quātū ad id qḋ per iuramentū cō
firmat vt.s.neqȝ sit falsum neqȝ sit aliquid illicituȝ:
ꝛ quātū ad hoc requirit veritas per quā aliquis iu
ramēto cōfirmat qḋ veꝝ est:ꝛ iustitia per quā cōfir
mat qḋ licitū est. Iudicio aūt : caret iuramentū in
cautū. veritate vero iuramentū mendax.sed iustitia
iuramentū iniquū siue illicitū.hec.s.T.ꝛ subiungit
beatus Hier. Si ista defuerint nequaqȝ iuramentū.
sed periuriū erit.

8 ¶ Quātū ad primā.i.cōditionē.s.iudiciū discretio/
nis.sciēdū bm.s.Tho. φ deuotio ꝛ fides per quā
credamus deū oia scire ꝛ mētiri nō posse:ꝛ φ deus
manifestabit falsitatē false iurantiū:ꝛ puniet:ꝛ si/
milia que exigūtur ad debitū modū iurandi intelli/
gūtur in iudicio discretionis qḋ pertinet ad iurantem.
Alia.n.duo.s.veritas ꝛ iustitia pertinet ad rē
de qua iurat.Querit igitur si quis iuret ex ioco vel
leui causa.vel ex surrectiōe.sine aliqua causa.necessi
tate.vel vtilitate. vel ex ira ꝛ hmōi. que remouent
iudiciū discretionis peccet mortaliter ꝛ ex vna parte
videt φ sic.rō qr est ɔtra hoc preceptū decalogi rū
q: quādo deficit vnū istoꝝ triū est periuriū vt dicit
Hier.sed omne periuriū ē mortale ptereā sic iurans
facit irreuerentiā deo quē accipit in testē leuiter. In
cōtrariū sunt doc.cōiter dicētes φ quādo adest ve/
ritas ꝛ iustitia nō est mortale nisi hoc faceret in cō
temptū dei ad quē aliquādo inducit frequēs vsus iu/
rādi:ꝛ sic tenēdū est.pro veritate. Ad.pm.ar.in cō/
trariū.R.bm.s.Tho. φ iuramentū ordinat princi
paliter ad cōfirmandū dicta vel facta humana : ꝛ
sic faceret ɔtra finē suū principalē qui iuraret ɔtra
veritatē.vnde proprie iurans falsum accipit nomē
dei in vanū bm φ est cōtra illud preceptū. vnde.s.
Tho.3°.sentiaꝝ. di.39.q.p°.ar.vltimo q°.p°.ad.3m.
dicit. Illi.2°.precepto nō iurcs:ꝛc.opponitur directe
hoc qḋ est iurare falsum q: hoc est qḋ cōfirmari nō
potest : ꝛ hoc semper est mortale : iurare vero sine
causa nō est semper mortale; ꝛ ibidem q°.2°.ad.3m.
dicit. Ille qui iurat per idola vel falsos deos peccat
quidē quātū ad formā iuramenti. sed nō quātū ad
assertionē veri vel promissionē alicuius quod redū
dat in bonū cōe:ꝛ quātū ad hoc potest aliquis con
sentire sine peccato.nō tamen debet eum inducere.
sed potest vti malo illius qui est paratus.sȝ nō quā/
tū ad pm.ꝛ ille tenetur seruare.23.q.1.mouet te, si qs
tamen accipiat nomen dei inuanū quocūqȝ modo.
nō oportet φ semper peccet mortaliter.sed aliquan/
do peccat venialiter. Ad.2m.respondet φ veꝝ est φ
omne iuramentū ad hoc vt licite ꝛ meritorie fiat.
habere debet illos tres comitates:ꝛ si deficiat vllus
istoꝝ potest dici aliquo modo periuriū. sed nō pro/
prie dicit nisi deficiat veritas ad quam ɔfirmandā
principaliter inuentum est iuramentū:ꝛ isto modo
solū semper est mortale.aliqn non est necesse ad.3m.
dicit φ non semper peccat mortaliter i quacūqȝ irre
uerentia dei.nam i oī pctō veniali fit aliquo modo
irreuerētia deo.Uide aliqd i.§.sequēti i fi. ꝛ.§.x.
¶ Secūdus comes.i.2° cōditio iuramenti iusti est 9
veritas que est principale in iuramēto:ideo querit
vtrū iuramentū sine veritate.i.mēdax sit semper pec
catū mortale.R.bm cōiter doc.φ sic semper quan/
do scit vel credit se iurare falsum. Nam si crederet
iurare veꝝ ꝛ esset falsum nō esset proprie ꝛ forma/
liter periurus.sed falsum materialiter:ꝛ sic non opor
tet φ sit peccatum mortale de se . si vero crederet
iurare falsum : ꝛ esset verum : ꝛ esset periurus for/
maliter ꝛ sic peccaret mortaliter. sed si credit iu/
rare verum ; ꝛ est verum. non est periurus forma/

liter neq; materialiter. si aūt credat iurare falsuz ⁊
est falsuz est proprie: formaliter: ⁊ materialiter per/
iurus: ⁊ q̄ sit semp mortale quādo credit iurare fal
sum patet q2 proprie ⁊ pfecte est piurus vt patet ex
diffinitione eius: ⁊ est directe ꝯ .2ᵐ. preceptū. s. nō iu/
res vana p eū: ⁊ hoc est idubitatū i iuramēto asser
torio. de quo i sequenti. §. vide. s. Tho. 3ᵉ snīaꝝ vbi
supra ait. Iuramētū est duplex quoddā i quo quis
pcipit se iurare ⁊ tūc si falsuz iurat credo q̄ semper
peccet mortaliter siue sit iuramentū solēne siue non
solēne ⁊ pcipue quādo pcipit esse falsum qd̄ iurat:
quoddā vero iuramētū est i quo hō nō attēdit ad
iuramētum ⁊ quasi nō pcipit se iurare. sed ex lapsu
lingue i iuramentū prolabit̄ ⁊ q2 tūc quasi nesciēs
iurat ⁊ nesciēs non reputat̄ volūtarius ideo i tali
casu videt̄ quis nō volūtarie iurare vnde si sit fal/
sum hoc de quo iurat siue percipiat esse falsum siue
nō dūmō non sit mendatiū perniciosum: non dico
q̄ sit peccatū mortale. sed veniale: valde tñ cauēdū
est ppter vicinitatē ad mortale: hec ille. ⁊ i respon/
sione ad pᵐ ait. Nō est sile de mēdatio ⁊ piurio q2
iuramenti nō nisi cū magna cautella est adhibēn/
dū ⁊ ppter vicinitatē ad mortale vnde si iocose ali
quis piurat nō excusabit̄ hec. s. Tho. que faciūt ad
ea q̄ dicta sunt supra. §. 8. ⁊ ifra. §. x. ⁊. v. votū. §. 1.
⁊ sic nō ex his q̄ requirit̄ ad hoc semp sit mortale
s. q̄ percipiat se iurare de quo in. d. §. x. 2ᵒ. q̄ credat
iurare falsum vt in presenti. §. 3ᵒ. vt sit assertoriū vt
in. §. sequēti. vide. v. piuriū. §. 2ᵒ.

x ¶ Tertius comes est iustitia q̄ habet locū i iuramē
to promissorio. vt. s. cū qs promittit aliquid facturꝝ.
promittat qd̄ iustū est ⁊ licitū: si. n. promittit aliqd
se facturꝝ qd̄ iniustū est vel illicituz vtiq; peccat ⁊ si
est quid mortale qd̄ iurat se facturꝝ est semper mor
tale siue itendat facere siue nō q2 deest sibi veritas
de necessitate eo q̄ tenet̄ facere ꝯtriuz: vbi aūt deest
veritas semp est mortale. vt i pcedēti. §. Si. n. inten
debat facere cū id sit mortale peccat mortaliter ex
proposito suo. si vero nō itēdebat: iurauit ꝯ verita/
tē mētis sue. ideo semper ē mortale. Si aūt iurauit
facere aliqd̄ veniale vel idifferēs sz sc: tūc quidā di/
cunt cū vergat i dispēdiū ppie salutis q2 per ipm
ipedit̄ hō vt nō cito pueniat ad salutē eternā. c. qua
lis. 25. di. ⁊. c. 1. de pac. li. 6. ideo videt̄ mortale fm
istos arᵐ. d. c. 2ᵉ. Ug. aūt tenet q̄ si seruat tale iura/
mentū peccat mortaliter q2 facit ꝯ. c. i malis frāge
fidē: ⁊c. 22. q. 4. quidā alij dicūt q̄ verū est q̄ peccat
solū venialr quādo simplr facit id qd̄ ē veniale. sz
si ideo committeret q2 iurauit peccat mortaliter q2 ac
cipit nomen dei i vanū: sed q2 nullū istoꝝ sufficiēter
probat̄. iō melius ē dicere fm. d. ar. flo. vsq; Modo.
q̄ solū peccat venialr eo q2 nō de necessitate salutis
deest veritas. pōt. n. adesse veritas sine peccato mor
tali. puta faciendo id qd̄ iurat qd̄ est solū veniale.
Sed quid si quādo iurauit itendebat oio facere id
qd̄ est ꝯtra iuramentū puta si iurauit dicere verbū
ociosum ⁊ intēdebat oio facere ꝯriū credo q̄ tunc
esset mortale q2 itendebat oio piurare ⁊ sic non pōt
eē sine cōtēptu. facit ad ista id qd̄ dr̄ ifra in fi. ⁊ qd̄
dicit. s. Tho. 2ᵉ. q. 89. arᵒ. 7ᵒ. ad. 2ᵐ. vbi sic ait. Iura
mentū pōt vergere i deteriorē exitū dupl'r. vno mo
do q2 ab ipso pñ habet peiorē exitū vel q2 est fm se
malū sicut cū aliquis iurat se patraturꝝ adulteriū
siue q2 est maioris boni ipeditiuū. Cōclude igit̄ sic
q̄ aut est iuramentū assertoriū ⁊ sic si percipit se iu
rare ⁊ credit iurare falsum est mortale alr nō sz sc
de quo i. §. pcedēti. aut est promissoriū ⁊ hoc dupli
citer q2 vel de bono vel de nō bono si p mō vel est ꝺ
possibili bono sibi. s. iurāti ⁊ tūc ex iuramēto tenet̄
obseruare si libere sine coactione promisit cū iura/
mēto si vero iurauit de possibili cuz metu tūc tenet̄
obseruare si pōt sine iteritu salutis eterne. sed habet
remedium iuris p vt petat absolutionē a iuramēto
in. c. si vero de iur. iur. 2ᵉ vt petat creditorē compelli
ad relaxandū vel restituēdū. c. p. co. ti. 3ᵉ vt denun
tiet iudici ex correctiōe fraterna ⁊ si iurasset nō de/
nūtiare nō fuit obligatoriū si vero nō potest obser/
uari sine iteritu salutis eterne. i. sine peccato morta
li tūc tenet̄ nō obseruare ⁊ peccauit. sicut dictū ē de
peccato mortali. Si aūt fuit de impossibili vel erat
ipossibile quādo iurauit vel factū ē post si. 2ᵒ modo
nō tenet nec est necᵉ q̄ peccauerit iurādo si vero. p.
mō. tūc nō tenet̄ ꝯpeccauit tñ q2 ꝺfecit iudiciū discre
tiōis: non tñ oz vt sit mortale vt dictū est. §. 8. Si
vero iuramentū sit de nō bono: vel fuit nō bonuz. s.
peccatū veniale vel i differēs ⁊ tūc peccauit q2 defe
cit iustitia nō tñ oz q̄ mortali peccauerit vt dictuz
d. §. 8. vel fuit nō bonum qd̄ est pctm̄ mortale ⁊ sic
peccauit mortalr ⁊ tenet̄ nō cōseruare: vel est ꝺ nō
bono qd̄ est ipeditiuū melioris boni vt puta nō in/
gredi religionē ⁊ tūc non tenet̄ obseruare imo me/
lius est nō obseruare nō tñ ē necᵉ q̄ peccauerit mor
taliter q2 pōt obseruare sine pctō mortali: peccauit
tñ vide infra. §. 12. nō tñ q̄ semper quādo iurat iu/
ramēto promissorio ⁊ intēdit nō obseruare q̄ sem/
p peccat mortalr eo q̄ ꝺficiat veritas i itētiōe. Istas
ꝯclusiōes accepi breuiter ex doctrina. s. T. i locis. s.
alle. ⁊ ex canonistis i. c. p. ⁊ i. c. si vo ꝺ iur. iur.
¶ Sed quid quando iurauit facere aliquid ad qd̄
nō tenet̄ ⁊ est bonū ⁊ alicuius iportātie ⁊ tñ nō in/
tēdebat se obligare. R. q̄ peccauit mortaliter q2 iu
rauit ꝯ veritatē mētis ⁊ tñ fm forū cōtentiosum te/
net̄ adiplere: fm aliquos nō tenet̄ in ꝯsciā sed secū/
dus dr̄ q̄ tenet̄: si tñ intēdebat facere. sed est factus
ipotēs. tūc solū tenet̄ quātū potest. Si vero iurauit
in certo termino ⁊ in illo non potuit tenebit̄ quādo
poterit. si aūt potest seruare. sed cuz magna sui ico/
moditate nō potest ꝯtrauenire sua propria auctori
tate nisi ille cui promisit relaxet. vel dilationē det:
potest tamen relaxationē petere a superiori.

12 ¶ Sed quid quãdo aliquis iurat. de nõ fide iubendo vel nõ mutuare pecuniã vel nõ facere demonstrã ꝛ hmõi. Pa. i. d. c. si vero recitat quosdã dicentes ꝙ tenet̃ obseruare. Alij dicũt ꝙ nõ valet quando tenerẽtur ad ea de pcepto: ipse dicit simplr ꝙ nõ tenet. Io. vero dic vt dictũ est. §. 8. ꝛ. x. ꝙ nõ tenetur obseruare: ꝛ ꝙ peccauit iurãdo id qđ est ipeditiuũ. melioris boni ꝛ desfuit iudiciũ nõ tñ est nec̃ ꝙ peccauerit mortaliter nisi iurasset ꝛ nõ intendebat obseruare vel iurasset ex cõtẽptu vel perniciose.

13 ¶ Querit̃ vtrũ iurãs teneat̃ iurare sm intentionẽ iurãtis vel eius cui iurat̃. R̃. sm ꝙ possumus accipere ex doctrina. s. Tho. vbi supra. s. 2ᵉ. q. 89. arᵒ. 7ᵒ. ad 4ᵐ. ꝛ. 3ᵒ. sniaꝝ. d. 39. q. 1. arᵒ. 3ᶜ. qᵉ. 3ᵉ. Et Pa. ꝛ alij canoniste i diuersis locis maxime i. c. si vo. Sic oꝫ distinguere q: vel ambo. s. iurãs ꝛ cui iurat̃. sunt in dolo: vel ambo simplr ãbulãt sine dolo. vel ille cui iurat̃ est i dolo ꝛ ille qui iurat simplr ambulat. vel ecõtra iurãs est in dolo ꝛ ille cui iurat̃ ãbulat simpliciter. Si pᵒ mõ vꝫ quãdo iurãs ẽ i dolo q: s. ostẽdit vbis vel fact̃ se iurare vnũ ꝛ itẽdit aliud: ꝛ silr ille cui iurat̃ est i dolo ꝛ dr̃ eẽ i dolo ille qui exigit. puta si vir exigeret vel prestat iuramẽtem vxori de adulterio reuelãdo. vel prestat iuramẽtũ de aliquo qđ nõ põt fieri cũ bona ꝯscia. vel exigit iuramentũ ab eo qui nõ est sibi subditus. vel i eo casu i quo sm ordinẽ iuris nõ põt exigere: ꝛ sic iniuste exigit. istis ꝛ similibus modis dr̃ dolose exigere vel prestare iuramentũ: ꝛ tũc est standũ intentiõi iurãtis eo ꝙ nõ tenet̃ iurare sm intentionẽ dãtis qui dolose agit: ꝛ ideo debet accipi sm itentionẽ iurãtis. silr dicendũ est i. 3ᵒ mõ. s. quãdo iurãs ẽ i bona fide ꝛ ille cui pstatur dolose agit tũc. n. põt iurare sm intentionem iurãtis: ꝛ seruari debet: sicẽ fecerũt obstretices respõdentes pharaoni: ꝛ sic itellige Inno. in. c. veniẽs. de iur. iur. q dicit ꝙ i iuramẽto determinato super aliquo singulari sit iterpretãdũ sm intentionẽ iurãtis. i foro aĩe. facit. c. humane aures. 22. q. 5. hoc est qđ dicit Pa. i. c. cũ cõtingat. co. ii. 3ᵒ. notabili. ꝙ iuramentũ dolo prestitũ non obligat. Si vero accipiamus. 4ᵒ mõ. s. qñ ille cui iurat̃ ẽ i bona fide: ꝛ i casu licito: ꝛ ille qui iurat ẽ in dolo tũc seruãdũ ẽ sꝫ intẽtionẽ illius cui iurat. i. pstãtis vel rõe cuius dat̃ iuramẽtũ: ꝛ tũc si iurat ꝯ intentionẽ dãtis sciẽter peccat mortalr. q: tenet̃ iurare sm itentionẽ dãtis. c. ex līis de spon. vnde Isidorus. 22. q. 5. c. Quacũqꝫ arte verboꝝ quis iuret: deus tñ qui ꝯscie testis ẽ ita accipit sicut ille cui iurat̃ itelligit: ꝛ ꝙ hoc intelligat̃ de dolose iurãte pꝫ p id qđ sequit̃: dupliciter reus fit. ꝛ nomẽ dei i vanũ assumit: ꝛ pximũ dolo capit. vñ obligat̃ ad obseruãdũ talr ꝙ ex dolo ali⁹ nõ ledat̃: ꝛ hoc ẽ quãdo sm itentionẽ recipiẽtis iplet iuramẽtũ. Si aũt accipiamus. 2ᵒ. mõ. s. quãdo ãbo simplr ꝛ sine dolo ambulãt tũc i foro ꝯscie nõ obligat̃ nisi sꝫ suã itentionẽ. s. iurãtis. eo ꝙ ex ea obligationem accipit. vnde Pa. i. d. c. si vero: dicit ꝙ si intẽdat se obligare tenet alias nõ. sꝫ i foro ꝯtẽtioso vbi itentio ignorat̃ obligat̃ sm ꝙ verba cõiter accipi solẽt.

¶ Utrũ iuramẽtũ cadẽs sup ꝯctu ficto obliget. R̃. sꝫ Pa. i. c. cũ ꝯtingat. co. ii. post ꝙ̃ multa disputando adduxisset col. 17. ꝯclusiue sic distinguit ꝙ aut simulatio ẽ de ꝯsensu vtriusqꝫ partis taꝫ sup ꝯctu ꝙ̃ sup. iuramẽto ꝛ tũc si ex iusta cã puta iusto timore vel q: idigebat mutuo cõcepit pignus i forma vẽditionis. vt creditor lucraret̃ fructus: ꝛ sic nõ obligat iuramentũ q: desinit ꝯsensus ꝛ fuit iusta causa simulandi. ad hoc. c. pᵐ. qđ me cã. ꝛ. l. si. C. de nõ. nu. pe. Si vero ex iniusta causa fit. puta causa fraudandi gabellas. vel alr ad deceptionẽ proximi simulauit vnũ ꝯctũ eẽ aliũ: ꝛ iurauit singula cõtenta i instrumẽto vero. tũc eo ipso ẽ piurus q: simulatio itẽtiõis ex iniusta causa nõ excusat. vt nõ i. c. iterrogasti. 27. di. sicut ille qui pce. vel pcio deposuit falsum. c. p. de cri. fal. ꝛ volẽs ꝯuenire nõ ðbet audiri. sꝫ si iurasset solũ nõ ꝯuenire illi ꝯctu quem dissimulabat i deceptionẽ proximi. lꝫ grauiter peccauerit iurãdo i dãnũ pximi. tñ nõ obligat̃ nisi de dãno secuto. q: defuit ꝯsensus. vñ respectu dei nõ exigit̃ absolutio a iuramẽto. ar. c. tua. de spon. sꝫ i foro ꝯtẽtioso cõpellit̃ obseruare audit̃ volens allegare turpitudinẽ suã: ꝛ hoc vez iqãtũ ẽ solũ in piudiciũ suũ: ꝛ non imineat pirculũ aĩe. Aut simulatio solũ erat sup ꝯctu ex parte vtriusqꝫ. sꝫ iuramẽtũ iteruenit ne agat ꝯ directe vel idirecte: ꝛ hoc ne ꝯctus se iratitius detegeretur. exẽplũ pignorauit res quas ꝛ tñ simulauit vendere vt mutuãs faciat fructus suos. iurauit nõ detegere pignoratitiũ ꝯctũ. sed suare ꝛ tunc iuramẽtũ obligat: ꝛ pinde ẽ ac si iurasset soluere vsuras. habet tñ remediũ iuris vt dictũ ẽ i. §. x. facit qđ nõ Cy. in. l. si ex canone. C. de nõ. nu. pe. vbi cõcludit ꝙ iurans nõ opponere exceptionẽ. de nõ. nu. pe. obligatur. sꝫ simplr renũtiatio non valeret. In foro tñ aĩe. si non habuit itentionẽ obligãdi se. nõ tenet. Aut simulatio ẽ de vno ꝯctu ad aliũ ꝯctũ qui nõ potest suari sine pctõ. vt ꝯctus symoniacus sꝫ cõcipiat̃ sine alio ꝯctu. q: tũc iurãs sciẽter peccat mortaliter: ꝛ tenet̃ nõ obseruare. 22. q. 4. per totũ. Aut simulatio fuit ex parte iurãtis tñ sup ꝯctu solũ ab eo simulato. vt q: aliud gerebat i corde. aliud i verbis vel vsus ẽ verbis duplicibus calide iurãdo: ꝛ tũc sꝫ Pa. i. d. c. cũ cõtingat. itelligit̃ sm itẽtionẽ recipiẽtis: ꝛ sic deus videt̃ recipe. 22. q. 5. quacũqꝫ. §. ex his oĩbus ꝛ sic ligat iuramentũ. Uide. ĩ. §. d. xcedẽti. 14

¶ Quid si clericus iurauit stare mãdatis epi ꝛ ipse mandat vt renũtiet beneficio ꝛ nõ appellet. R̃. sm. d. ar. s. 2ᵉ. parte. ii. co. x. c. 6. §. 5. ꝙ iuramẽto nõ obstante poterit appellare q: nõ erat verisimile. hoc itendere nec est opus petere absolutionẽ q: iuramentũ nõ extendit̃ vltra intentionẽ vel cõsensum iurantis. cõcor. Jo. an. i. c. vnico. de como. debet etiã intel/ 15

ligi iuramentū vt nō sit ɔtra priorē promissionē vel iuramentū. vide Pa.i.c.veniens.co.ti. post Inno. dicit ꝙ si iuramentū fuit vniuersaliter prestitū tunc nō extendit nisi ad ea de quibus cogitatū est vel debuit merito cogitari.d.c.quinta vallis:si autē fuit specialiter prestitū tūc dicit ꝙ iuramentū recipit interpretationē ſ͡m v̈ba i foro ɔtētioso.sed i penitētiali ſ͡m intentionē iurātis.vide i.§.sequēti ɔdictiōe.

16 ¶Ut͂ quādo aliquis simplr iurat itelligat aliqua distinctio.R͡e.ſ͡m Hosti.ꝙ multe etiā si taceātur. Primo si superiori placuerit.c.veniētes. de iur.iur.vbi nō Pa.ꝙ iuramentū nō obligat subditū iurantem in preiudiciū iuris seu auctoritatis superioris:⁊ sic videt superiorē posse impartiri subdito facultatē veniēdi cōtra propriū iuramētū. sed tu hoc intellige i iuramēto prestito in materia pertinente ad superiorem.vt.d.c.veniētes.alias secus.vt nō Pa.in.c. quāto.co.ti. Et facit ad.q.clericus iurauit in studio existens nō exire districtū senēsem anteq̄ suo creditori esset satisfactū.sed ante solutionē reuocat.iusta causa p suū ep̄m:querit nūquid iuramēto nō obstāte teneat parere superioꝝ mādato ⁊ cōcludit ꝙ sic: q2 nō potuit iste clericus i preiudiciū iuris superioris se obligare.vt.d.c.veniētes:⁊ ita post multa cōcludit Jo.an.in regula in malis de reg.iur.li.6.i mercu.nisi de licentia ep̄i vel superioris fuisset in studio ⁊ pro necessitate studij cōtraxisset videt .n.tūc se obligasse cū licētia illius q dedit licentiā q2 vno cōcessa videnẗ oia concessa sine quibus illud explicari non pōt.vt i.c.preterea ⁊ i.c.prudentia.de offi. dele. Et ibidē p oia idē cōcludit de patre reuocāte filiū.qui predicto modo iurauit:⁊ ego idem putarē i quolꝫ subdito hec Pa.facit.c.cū cōtingat: ⁊.c.quāto.co. ti. Fede.ɔsi.151.idem concludit addens esse veꝝ nisi filius procurauerit se reuocari. Secūda cōditio q̄ subitelligit est si res in eadē statu pmāserit extra eo quēadmodū.ideo si quis iurauerit accipe bertā in vxorē.si ipsa postmodū fuerit fornicata vel facta leprosa vel aduenerit alia infirmitas icurabilis non tenet obseruare iuramentū.silr si iuraui obseruare pacem vel nō offendere si aliquid inouet non teneor. puta q2 fregisti pacē vel fuisti de nouo bānitus:⁊ similia.hec ſ͡m Bar.l.si fuū.de v̈bo.obli.⁊ Jo. an. in ti.de pace.⁊ treu. Similiter si feci pacē cum meo inimico,postea bānitur possum eū occidere q2 intelligebaẗ nisi lege pmittente. Tertio intelligit si mihi seruet promissum in.c.peruenit.el.i͂.e.ti. ⁊ per hoc cōcludit Bar.in.l.si cū venerit.ff.pro socio.ꝙ si iuraui nō diuidere societatē itelligit si seruet mihi promissum vel si socius nō sit rixosus vel molestus.vide aliquid ifra.§.24. Quarto itelligit si res sit honesta ⁊ possibilis.d.c.quēadmodū. vide si de nouo fiat impossibilis ſ͡m.s.Tho. nō obligor vt dictum est supra.§.x.⁊ infra.§.23.Quito si iurauerit mihi reddere pecuniā subintelligit si ego tibi numerauero.C.de nō nu.pec.l.idubitati.Sexto si iuro tibi dare dotē itelligit si nupseris ⁊ nuptie sint secute.vt.ff. de iur.dotis. Septimo si imoderatū qd̄ precipit a superiore vel ab arbitro vt filios exheredare.vel vxorē expellere.c.quinta vallis.co.ti.vel curiā principis nō itrare si cōsiliarius vel aduocatus.c.veniēs.co. ti.pro hoc facit ꝙ iuramentū nō extendit ad verisimiliter nō cogitata vt i.d.c.quēadmodū supra.§. 15.infra.§.23.⁊.25. nec obligat vltra cōsensum.d.c. veniens:⁊ nō Pa.in.c.cū gr͂a.de como. ⁊ supra.§. 13.Octauo si facultas subsit.c.querelā:⁊.c.breui.co. ti.vbi habet ꝙ difficultas excusat a piurio.licet ſ͡m glo.ibi nō liberet a pena cōuentionali. Nono si iuraui tibi dare centū vsq3 ad certū tēpo subitelligit nisi iudex iterdicat.ar°.de cen.c.significauit. Decimo si iuro tibi reddere granū itelligit eiusdē bonitatis.ff.si cer peti.l.cū quid. Undecimo cū quis iurat factū alterius subintelligit ꝙ ad hoc bona fide laborabit.c.ex li͂ris.d.i͂.de spon. Duodecimo quādo iuro tibi fidelitatē vel ꝙ nō ero tibi cōtrarius subintelligit nisi ius meū vel meoꝝ petendo.vel defendendo.c.petitio.co. ti. Tertiodecimo subintelligit nisi ab eo cui iuraui fuero absolutus.d.c.quinta vallis.Quartodecimo si vir ⁊ mulier iurent ɔtrahere subintelligit nisi alteri qd̄ turpe acciderit:⁊ hmōi vt dictū est in.i͂.cōditione.vel nisi p alteꝝ stet.c.de illis. de spon.vel nisi ex mutuo cōsensu se absoluāt.c.2°.de spon.Quintodecimo si iuro tibi tāq̄ regi te deposito non teneor. Idem videt si rex iuret alteri.15.q.6. alius. Item speciales cōditiones nō itelliguntur i iuramēto nisi exprimant.q̄uis mēte cōcipiant.32.q. vlti.c.si.nisi vbi lex exprimit aliquid tacite agi iter ɔtrahētes.tunc illud pro expresso habet.d.l.cū quid ⁊ hoc vera sunt i promissorijs iuramentis. secus in assertorijs ar.d.c.si. Nō tñ dr̄ iuramentū cōditionale q̄uis oēs cōditiones premisse intelligant.ff. de cōdic.⁊ demō.l.cōditiones. Et nō ſ͡m Ray.ꝙ in oibus bonū est requirere auctoritatē superioris ne det occasio deierādi. Sextodecimo nisi i melius comutet.c.puenit.el.i͂.co.ti.vt si quis iurauit accipere aliquā itelligit nisi intret religionē. nec obstat ꝙ aliqui cōsulant:vt eā prius accipiat ⁊ postea ingrediat q2 ideo fit vt apud astantes : nō est tamen de necessitate. Uide aliqd.i.§.25.⁊ se.v̈.excepto.

17 ¶Querit quid sit magis obligatoriū vel votū aut iuramentū .R͡e.ꝙ ſ͡m Theologos votū est magis obligatoriū q̄uis ſ͡m canonistas currant de pari. imo canoniste faciūt maiorē difficultatē in iuramēto.p͂.s.ꝙ votum plus obliget p3 p.s.Tho.2e.q.vbi supra.ar.8.vbi ait:vtraq3 obligatio causat ex aliquo diuino:⁊ ex hoc habēt ꝙ currant de pari vt dicunt canoniste. Alr tñ ⁊ alr̄:nā obligatio voti causat ex fidelitate quā deo debemus.vt.s.ei promissū soluamus. obligatio aūt iuramēti causat ex reuerētia quam debemus ei ex qua tenemur ꝙ verificemus

mus id qđ per nomen eius promittimus oīs aūt in fidelitas irreuerētiā ptinet.sed nō cōuertit̄.vñ īside litas subditi ad dominū est maxima irreuētia ⁊ ió votū ex rōe sua magis est obligatoriū q̄ iuramētū nec iuramentū addit̄ voto eo φ firmius sit. sed q: due res imobiles faciunt maiorē firmitatē. hec ille. Pa.i.c.si vero.co.ti.i fi.dicit φ currūt de pari alr. nō.i.c.debitores:⁊.c.ꝑ.co.ti.⁊ i.d.c.si vero. dicit φ ecclesia facit maiorē vi; i iuramēto q̄ i voto q: est maius periculum deierādi eo φ cōmo sit iuramentum q̄ votum.

18 ¶Ut̄ i iuramēto possit dispēsari.R̄.b;.s.Tho.vbi supra. ar°.pen. φ necessitas dispēsatiōis tā in voto q̄ i iuramēto est ꝓpter hoc φ id qđ i se vel vtr ꝯsiderātū est vtile ⁊ honestū b; aliquē particularē euētū pōt ēē.nociuū vel ihonestū qđ nō pōt cadere sub voto.neq; sub iuramēto.φ aūt aliqd sit inhonestū vel nociuū repugat his q̄ debēt attēdi in iuramēto nā si ihonestū repugnat iustitie. si sit nociuū repugnat iudicio:⁊ ideo pari rōe etiā i iuramēto dispēsari potest.nō tñ se extēdit dispēsatio ad hoc φ aliquis ꝯ iuramētū faciat q: nō pōt.sicut nō potest dispensari i iuramēto assertorio vt quis iuret ꝯ veritatē.sed ad hoc se extēdit vt id qđ.sub iuramēto cadebat sub iuramēto nō cadat.quasi nō existens debita materia iuramēti.sicut dr̄ īfra de voto.Mate ria aūt iuramēti assertorij qđ est de preterito vel de p̄senti i quādā necessitatē iā trāsijt:⁊ imutabilis facta est ⁊ ideo dispēsatio nō refertur ad materiā.sed refertur ad ipm actū iuramēti.vñ talis dispensatio directe est ꝯ p̄ceptū diuinū.s; materia iuramēti p̄missorij est aliquid futuꝝ qđ variari potest ita.s.qđ i aliquo euētu pōt ēē illicitū:⁊ nociuū vel minus bonū:⁊ p ꝯñs nō ēēt debita materia iuramēti:⁊ ideo dispensari pōt in iuramēto promissorio q: talis dispēsatio respicit materiā iuramēti:⁊ non cōtrariat̄ precepto diuino.

19 ¶Ut̄ ille cui iuramēto aliquid promittit̄ possit relaxare iuramentū .R̄.bm.s.Tho.vbi supra.ad.3ᵐ. φ hō pōt alteri promittere aliqd sub iuramēto dupliciter.vno mō quādo promittit aliquid pertinēs ad vtilitatē ipius:puta si sub iuramento promittat se seruituꝝ ei.vel pecuniā; daturꝝ:⁊ a tali promissione potest absoluere ille cui promittit̄.intelligit̄ n. iā ei soluisse promissū; quādo fecit de eo b; eius volūtatē. Alio modo ꝓmittit aliquis alteri qđ ptinet ad honorē dei vel vtilitatē alioꝝ. puta si aliqs iuramēto promittit alicui se itraturꝝ religionē. vel aliqđ opus pietatis facturꝝ:⁊ tūc ille cui promittit̄ nō pōt absoluere promittētē; q: promissio nō est facta ei principaliter. sed deo nisi forte sit iterposita conditio rōe cuius possit.puta si illi videt̄ cui promittit̄ vel hmōi.hec ille.⁊ ibidē ad.3ᵐ.ait. quādoq; illud qđ cadit sub iuramēto ꝓmissorio est manifeste repugnās iustitie.vel q: ē pctm̄ sicut ca; quis iurat se facturꝝ homicidiū vel q: est maioris boni īpeditiuū sicū cū aliquis iurat se nō intraturꝝ religionē ⁊ tale dispēsatiōe nō idiget.s; i.ꝓ.tenet̄ nō seruare. in 3 aūt licitū est vtrūq;:de hoc supra.§.x.Quādoq; promittit̄ aliqd sub iuramēto.de quo dubiū est vt sit licitū.vel illicitū proficuū aut nociuū. vel simplr vel i aliquo casu:⁊ i hoc potēst quil; eps dispēsare. Quādoq; vero sub iuramento ꝓmittit̄ aliqđ qđ ē manifeste licitū ⁊ honestū ⁊ vtile:⁊ i tali iuramēto nō videt̄ habere locū dispēsatio vel cōmutatio nisi aliquid melius occurrat ad cōe; vtilitatē faciendū qđ maxime videt̄ ptinere ad auctoritatē pape qui h; curā vñs ecclesie.vel etiā; absoluta relaxatio qđ etiā ad papā ptinet ⁊ i oībus generalr q̄ ad dispensationē reꝝ ecclesiaꝝ ptinēt.sup qua h; plenitudinē ptātis:⁊ ad vnūquēq; ptinet irritare iuramētū qđ a sibi subditis factū ē circa ea q̄ eius ptāti subdunt̄. sic pater pōt irritare iuramētū puelle ⁊ vir vxoris vt dr̄ numeri.30,hec.s.Tho.intellc istud vltimū i fm Pis.i illis iuramētis i qbus non pōt vxor adiplere sine scādalo viri.l.p̄iudicio ⁊ sitr in alijs.

¶Querit̄ quō ⁊ quis possit dispēsare vel absoluere i iuramēto fm canonistas.R̄.φ vel est daꝝ φ nōn obligat fm ea q̄ dicta sunt ⁊ dicētur ⁊ tūc fm Pa. i.c.cū qdā.de iur.iur.nō est necessaria absolutio siue dispēsatio nisi forte.vt nō notet̄ de piurio hoc ē dicere ꝓpter scādalū.Si vero ē dubiū.tūc b; Inno. i.d.c.cū quidā.nullus debet ꝯuenire sine auctoritate superioris nec iudex secularis i tali casu pōt se īpedire.s; debet remittere ad ecclesiasticū fm Pa. i.c.cū cōtingat.co.ti.qñ aūt est daꝝ φ est licitum ⁊ ligat tūc vel est licitū ex vtraq; parte.s.iurātis ⁊ recipiētis vel ex pte solius iurātis ⁊ ē turpitudo ex pte recipiētis puta q: p metū vt i.c.ꝑ.co.ti. ⁊ tunc eps pōt absoluere ⁊ dispēsar̄ vt nō Pa.i.d.c.ꝑ.nec est opus vt citet partē vel cogat recipiētē; qñ ꝯstat de turpitudine vt.d.c.ꝑ.Si vo sit licitū ex vtraq; pte.tūc b; Pa.i.c.q̄to.co.ti. aut iuramētum fuit p̄stitū i mā spectāte principalr ad papam vt puta qñ canonici iurāt nō recipere plures vltra numeꝝ:⁊ hmōi: ⁊ sic papa pōt etiā sine cā absoluere.q: in tali iuramēto itelligit̄ auctoritas pape excepta vt i.d.c.venientes ⁊ hoc voluit Hosti.in.d.c.quāto.Aut fuit p̄stitū in alia materia:⁊ tūc aut est ad honorem dei principaliter⁊ sic sine cā nullus pōt dispensare nisi solus deus ar.qđ nō Jo.an.i.c.2.de spon.nā papa nō potest remittere sine causa obligationē deo q̄sitā.2.q. 4.si manet itellige nō debet ex q° sequit̄ φ sicut papa nō pōt aliū sine cā absoluere i hoc casu multo minus seipm.c.si.ꝯ isti.⁊.c.p vtas ꝯ iure pa. Aut ē iusta cā ⁊ sic tā papa q̄ eps pōt dispēsar̄:⁊ absoluere ⁊ φ eps possit.nō Inno.i.c.debitores.co.ti. ⁊ ēt iter p̄tari b.d.Ant.i.d.c.q̄to. Et qñ ē dubiū ēt ꝯclarat̄ b; Pa. i.c.cū ꝯtingat co.ti.Est tñ dr̄a iter papā ⁊ ep̄; q: papa pōt i toto mūdo eps vo i sua dioc̄esi:⁊

sm.d.fe. in.c.p.de spon.col.7.v.3°.declaratio post
Pe.de ancha. potest papa seipm absoluere vel di/
spensare in iuraměto.ne dū illicito.sed etiā si posset
seruari sine interitu salutis eterne.itellige vbi est cau/
sa rationabilis:⁊ in hoc differt ab epo. Alius autē
citra epm vel qui nō habet auctoritatē epalem nō
pōt facere q sine pctō ꝯueniat.secus est de pctō pte
rito.c.p.de voto. Que aūt sit causa legitima dispen
sandi aut absoluēdi i iuraměto qđ pertinet ad ho/
norē dei.pōt dici q est cā legitima vt vitet scādalū
vt nō glo.i.d.c.quāto:⁊ est tex.i.c.peruenit.d.2°.co.
ti.vel sub est alia causa iusta.de quibus.15.q.6.nos
sanctoꝝ:⁊.c.auctoritate:⁊ relinquit arbitrio epoꝝ
vt colligāt ex his q̄ sunt i iure.qd de alijs debeāt iu/
dicare.si vero materia i qua est pstitū non pertinet
ad papā nec ad honorē dei. sed ad comodū hois.
sic papa pōt ex cā absoluere vt i.d.c.quāto:⁊.c.2°.d
voto. Alias nō respectu laicoꝝ sibi i tēporalibus nō
subditoꝝ vt in de.pastoralis. de re.iudi. Similiter
nec q pōt eps ex causa legitima. Si aūt cōcerneret
fauorē iurantiū tm̄ poterit remitti per eos cui iura
rūt sm Jo.an.i.c.2°.de spon.⁊ Jo.de ligna.i de.p°.
de vsur.⁊ facit qđ.d.est supra.§.precedenti.secus si
cōcerneret cultū dei vel religionē vel pietatē: puta
iurarūt duo sibi inuicē q religionē intrabūt vel q
dicēt duo psalteria vel q de lucro coꝝ dabūt certā
partē pauperibus ⁊ hmōi.q2 nō possunt sibi remit
tere:silr nō possunt sibi id ad qđ tenebant puta q
nō faciēt furtum.vel q mercatores nō falsificabūt
merces ⁊ huiōi.silr etiā nō possunt remitter quādo
iurant super aliquo faciēdo vel nō faciēdo qđ non
pertinet ad eū cui iurat.sz simplr puta iuro tibi q
nō negotiabor.vel non faciā talē artē.si tm̄ tale iu/
ramentū respiceret icomodū alterius puta cōitatis
vel alioꝝ nō valeret.silr non teneret quādo iurādo
d aliquo faciēdo vel nō faciēdo itendebat.si ille cui
iurabat silr faceret q2 sic si ille nō seruat nec iste te/
net .faciūt q̄ nō doc.s. Jnno.Hosti.⁊ Ber.i.c.perue
nit.el.2°.⁊ facit.c.sic.d.3°.de iur.iur.⁊:s.e.c.§.16.
d ¶ Ut indifferēter quilz possit iurare ⁊ in oi tēpore.
R.s.o.T.vbi.s.ar°.si. q i iuramēto duo sunt ꝯside
rāda.vnū quidē ex parte dei cuius testimoniū idu/
citur ⁊ q̄tū ad hoc debet iuraměto maxima reue
rentia ⁊ propter hoc a iuramento excludūtur pueri
ante annos pubertatis qui nō cogūtur ad iurāduz
q2 nōdū habēt perfectū vsuz rōis quo possunt cum
reuerētia debita iuramentū pstare.22.q.5. paruuli
si sunt tm̄ doli capaces ⁊ cāe alie possunt iurar ⁊ p/
bat iuramentū suū. Et itez periuri conuicti in iudi/
cio qui ad iuramētū nō admittūtur q2 ex retroact
psumit q debitā reuerentiā iuraměto nō exhibebūt
nisi fuerit remota infamia ab eo qui pōt ⁊ pro hoc
etiā vt iuramento debita reuerentia exhibeat .dr.22.
q.5.honestū est vt qui sanctis audet iurare hoc ieiu
nus faciat cū oi honestate ⁊ timore dei.itellige de
honestate.vt dixit tex.nō de necessitate. Aliud est cō
siderandū ex parte hominū cuius dictū iuramento
cōfirmatur. Nō.n.indiget dictū hominis cōfirma/
tione nisi q2 de eo dubitat . hoc aūt derrogat digni
tati persone vt dubitet de veritate eoꝝ q̄ dicit: ⁊ idō
personis magne dignitatis nō cōuenit iurar ꝓpter
qđ dr.2.q.4.c.si quis q sacerdotes ex leui causa iu/
rare nō debēt.pro aliqua tm̄ necessitate vel vtilitate
licitū est eis iurare:⁊ pcipue pro spiritualibus nego
tijs:⁊.2.q.5.pbiter.vice iuramēn per sanctā ꝯsecra
tionē iterroget :⁊.22.q.5.dr nullus ex ecclesiastico or
dine cuiq̄ laico quicq̄ per sancta euangelia iurare
psumat:⁊ hoc itellige nisi de licētia plati sui.vt.c.i.
de iur.cal.⁊ hoc etiā itellige si iurat tāq̄ superiori:
⁊ sic itellige.d.c.nullus.alr sic.et sine licentia.vt i.c.
ex rescripto:⁊.c.peruenit:de iur.iur. Jtē nō pōt iura
re de calūnia nisi de licētia sui superioris.nisi ille co
rā quo litigat sit eius superior. sed habita licentia
pōt etiā i manu laici iudicis.22.q.7.nos. Jtē prohi/
bet iurare i actu testificādi sine licētia superioris.vt
in.c.q̄q̄.14.q.2.itellige i manu laici.pro spirituali/
bus aūt negotijs cōpetit iuramēta prestare i solēni/
bus diebus quibus est spiritualibus vacanduz.non
aūt tunc iuramēta prestāda pro rebus tēporalibus
nisi pro magna necessitate. Sūt igit quidā q dictū
suū cōfirmare nō possunt ꝓpter defectū eoꝝ vt pue
ri qui nō sunt doli capaces ⁊ furiosi .15.q.1.merito:
⁊.d.c.paruuli. Et quidā sunt quoꝝ dictuz adeo de/
bet eē certū q cōfirmatiōe nō egeat. vt persone ma
gne dignitatis:⁊ pbiteri.q aūt aliqn angeli iurēt
vt legit apoc.x.q angelus iurauit per viuētē i secu
la seculoꝝ.nō fuit ꝓpter defectū ipius quasi non sit
eius simplici dicto credendū. sed ad ostendendū id
qđ dr ex iefabili dei dispositiōe ꝓcedere.sicut etiaz
⁊ deus aliqn i scripturis iurās adducit ad ostendē
dū imobilitatē ei9 qđ dr.sic apłus dicit ad hebr.6.
Et nō q quilz doli capax pōt iurare.sz pr imedia/
te pōt irritare iuramentuz filij vsq̄ ad.14.ānū.d.c.
paruuli. Et derice nō debet cōpelli ad iurandū ni
si i sex casibus de elec.c.significasti q i.v.cōtinētur.
Pax ⁊ fama.fides.reuerētia.cauptio dāni. defect9
veri sibi possunt magna caueri. pro pace iurare lz
22.q.1.oē.extra de iudi.nouit.fama ꝓ fama ꝯseruā
da per purgationē.de purg.ca.quotiēs.fides pro fi
de retinēda si suspectus est i fide.de ꝯse.di.i. ego be
rēgarius. Reuerētia.ꝓ reuerētia seu obediētia exi/
bēda superiori.13.di.q̄q̄. Cauptio dāni pro dāno
dato iurat .2.q.1.ipmis.defectus veri.pro veritate
dicēda de iur.cal.c.si de calūnia li.6.q aūt clerici ⁊
religiosi hodie iurēt i cōi sermone pro leui.causa si
cut laici non excusat consuetudo que verius dicen/
da est corruptela ⁊ auget peccatum ⁊ non minuit.
24.q.1.scisma ⁊ grauius peccant ipi q̄ laici. tū q2
scandalizant suo exēplo tum q2 eis specialiter ꝓhi
betur per iura canonicū.

12 ¶ Quid de duobus habẽtibus mẽsurã cõitatis vel staterã quã ɔsueuerũt portare ad vẽdentes ⁊ mercedẽ recipe si iurauerũt sibi inuicẽ de cetero nõ portare. R. Sal. dicit ꝙ nõ possunt venire ɔ̃. et si multum dãnificati sunt. puta qꝛ promissum est de alia mẽsura. nisi forte ex hoc ad extremã necessitatẽ deuenirẽt ⁊ nõ possent habere vnde viuerẽt. eo tñ absqꝫ tanta necessitate posset hmõi iuramẽtũ i melius cõmutare cũ nulli sit vtile ⁊ alteri dãnosum. Sed si vnus istoꝝ piurat nũqd alter poterit venire ɔ̃. R. ꝙ si intẽdebat iurare sub cõditiõe .s. si alter non portaret tũc altero portãte nõ tenebitur. si aũt absolute iurauit tenetur ꝙ si dubitat tũc si emolumẽtũ mẽsure sit cõe ãbobus vno piurãte reliquus nihilominus tenetur cũ nulli i fiat ei pudiciũ. Si aũt emolumẽtũ est solum eius q portat tũc benignius iterptãdũ est .s. ꝙ non seruãti fidẽ nõ ꝓmiserit cũ suo dãno ⁊ lucro alterius nã gñaliter sꝫ Hosti. ⁊ Ber. Si duo sibi adinuicẽ aliqd iurauerũt vno nõ suãte nec alius tenetur .c. sicut .el. 5°. i si. eo. ti. nisi si iuratũ eẽt i honorẽ dei vt si iurarẽt dicere psalteriũ ꝓ inuicẽ vel certã elemosinã dare.

13 ¶ Pone aliquis alteri fecit iniuriaꝫ ⁊ pro illa petebatur quedã summa pecunie iniuditio postea cõpromiserũt i arbitros p iuramẽtũ q cõdẽnauerũt eũ vt exiret ciuitatẽ nec rediret donec alter duceret reuocãdũ. nõ qd tenetur exire. R. ꝙ nõ. p. d. c. veniẽs ⁊ .d. c. quia valis. qꝛ illa ẽ pena corporalis q̃ est maior oĩ pena pecuniaria. ff. de his. q nota. isa. l. qd g°. §. pena ⁊ hic agebatur pecuniaˡr. sꝫ pone ꝙ ɔdẽnauerũt eũ ne litigaret p ꝓcuratorẽ nũquid põt ɔ̃uenire. Hosti. dicit ꝙ sic. qꝛ vsus ꝓcuratoris est valde necessarius. ff. de procu. l. pᵃ. ⁊ arbiter. §. 3.

14 ¶ Quid si iuraui tibi dare decem ⁊ tu debes mihi alia decẽ nũqd possum ɔpensare. R. Pa. i. c. ad nostrã. el. 2°. eo. ti. dicit ꝙ nõ. qꝛ iuramẽtũ est obligatoriũ i forma specifica nec sufficit illud adiplere i effectu vt pꝫ ibi p tex. illũ qꝛ iurans tenetur. prius actualiter soluere. nec sufficit cõpẽsare q̃uis cõpensatio sit ficta solutio. l. si peculiũ. ff. d sta. li. ⁊ dicit Pa. ꝙ doc. nostri cõiter sentiũt qd dictũ ẽ. sꝫ ɔ̃tũ dicit sẽsisse Bar. i. l. ãplius. ff. rẽ. ra. ha. vbi ponit talẽ. q. qdã tibi ꝓmisit soluere certã q̃titatẽ ⁊ hoc iurat postea compẽsat tecũ. nũqd p hoc. sit periurus ⁊ ɔcludit ꝙ nõ. nã cõditiones debẽt ipleri i forma specifica. sicut iuramẽtũ vt i. l. q heredi. i prin. iussus dare iplet cõditionẽ cõpẽsando. vt. d. l. si peculiũ ergo ⁊c. preterea si ego ipedior iusta cã facere qd promisi. non sum piurus vt i. l. si. ff. q satisda. cog. sꝫ si ego nõ soluo tibi qñ tu debes mihi tantũdẽ. ego ipedior a te qꝛ iõ nõ tibi soluo qꝛ tu non soluis mihi. vñ q̃si facto tuo ipeditus nõ d̃beo eẽ piurus. hãc rõeꝫ facit tex. i. l. 3. ⁊ itẽ q̃rit. ff. de sta. li. ⁊ ɔcludit Pa. ob rões Bar. q̃ videntur valde efficaces ꝙ ante factũ est sequẽda 2ᵃ opinio. quã tenet Inno. ⁊ Io. an. sed post factum vt qs excuset a piurio sequẽda est opinio Bar.

25 ¶ Utrũ iurãs nõ expellere inquilinũ possit expellere si nõ soluit pẽsionẽ. R. ꝙ sic bm Pa. in. c. tua nos. de iur. iur. facit. l. q̃ro. §. inter locatorem. ff. locati. vbi pꝫ ꝙ si cõductor petierit id ad qd tenetur ex nã ɔ̃tus nõ teneri ei locatorẽ ex ꝓmissione locationis. Idem dd i patre q iurauit nõ exheredare filiũ. itelligitur nisi crimẽ igratitudinis comiserit. l. qdã cũ filiũ. ff. de verb. obli. ⁊ generaliter sꝫ Bar. i. d. §. inter locatorem. hic. §. facit ad oẽs ɔ̃tus i qbus aliqd vltra citroqꝫ promittitur vt qlꝫ non teneatur seruare qd ꝓmisit. si p aduersaꝫ partẽ nõ seruatur id pp qd sunt ꝓmissa. d. §. offerri. siliter si vir iurauit nõ dimittere vxorẽ itelligitur nisi faciat ɔ̃ legẽ cõiugij. vel si ꝓmisit dotẽ potest dimittere si nõ soluit iuxta nõ i. c. iurãs. de dote post diuor. re. Itẽ si iuraui te nõ offendere itelligitur nisi cãm offensiõis comiseris. l. q seruũ. ff. de ver. obli. facit qd nõ i. l. cũ pr. §. libertis. ff. de lega. ij. ⁊ qd in. d. c. quẽadmodũ. hec faciunt ad. §. 16.

26 ¶ Quid si qs iurauit tenere aliqd secretũ. an idistincte teneatur. R. bm Pa. de mẽte glo. i. c. ego eo ti. ꝙ debet itelligi d honesto ⁊ non alteri nociuo ⁊ tunc possum reuelare. nõ tñ oĩbus. sꝫ illis q possunt prodesse. pro hoc facit tex. iũcta glo. i. c. nerui. 8. di. Uide. s. §. 16. cõditione. 4ᵃ. qñ prelatus iurauit non alienare vtrũ idistincte teneatur. ⁊ alienatio. §. 11.

m Endatium s̄m Aug̃. vt recitat Magister snia℞. 3. di. 38. ꝛ est canonizatū. 22. q. 2. c. beatus. §. ille ergo. ē falsa vocis significatio cuz intentiōe fallēdi. vbi ē notandū s̄m. s. Tho. 3. snia℞ vbi. s̄. q. p̄. ar. p̄. φ i hac diffinitiōe includūtur duo. p̄m̄ est materiale. s. falsa vocis significatio. vbi nota φ falsum est qn̄ aliquis dicit aliquid eē qd̄ non est vel non eē qd̄ ē ꝛ sic ipa res q̄ falso significaṫ dicit res falsa ipa vero oro qua significo id eē qd̄ non ē. est signū falsi ꝛ sic falsum includit ista dua. s. res falso significata ꝛ ipa℞ orōnē falso significātē cū quadā relatiōe signi ꝛ signati: ꝛ hoc totū ē materiale i mēdatio. Nota tn̄ s̄m. s. Tho. vbi. s̄. φ ibi vox accipiṫ cōiter pro oi signo quo quis intendit suā mentem exprimere sicut inutib⁹ ꝛ signis mutor: poniṫ tn̄ vox qz ē quid cōius. 2m̄ qd̄ icludit mēdatiū p modū formalis ē cuz intētiōe fallēdi. vbi notandū s̄m s. Tho. vbi. s̄. φ itentio i mēdatio ē duplex. quedaz qua itendit significare falsum siue iprimere falsum in mēte alterius: ꝛ hoc est proprie formale mēdatij. Alia est intētio qua quis intēdit decipere aliquē ꝛ hoc dr̄ cōplectiuū. seu pfectiuū mēdatij ꝛ accñs eius. Qn̄ ergo aliqs credit ꝛ itēdit dicere ve℞ ꝛ tn̄ dicit falsuz ibi est mēdatiū mał̃r solū ꝛ iproprie. qn̄ vero aliquis dicit ve℞ ꝛ credit dicere falsum ꝛ itendit iprimere falsum in mēte audiētis. ibi ē mēdatiū formaliter solū: ꝛ s̄m beatū Aug̃ dr̄ mentiri nō tn̄ est mēdatiū simpłr bz. s. Tho. qz nō ē falsa significatio: ꝛ sic pōt eē φ aliquis mētiaṫ ꝛ nō dicat mēdatiū simpłr qz mēdatiū abstrahit a mētiēte. sz mētiri dicit respectū ad ipm mentientē: ꝛ qz credit ꝛ intēdit dicere mēdatiū iō mētiṫ. Qn̄ vero dicit falsuz credēs dicere falsuz cū intētiōe iprimēdi falsuz i mēte audientis. nō tamē intēdit decipere tūc est mēdatiū simpłr: ꝛ proprie: quia cōtinet materiale ꝛ formale nō tamē perfectū mendatiū. quādo aūt intendit etiā decipere tūc ē mēdatiū materialiter formaliter ꝛ pfectiue vt est i mēdatio perniitioso: ꝛ si quis arguat φ formale debet poni in diffinitiōe. sed ibi poniṫ itentio fallendi igiṫ illud est forma. Respondet. s. Tho. vbi supra. s. 3ᵃ. φ illa particula ponitur per modum finis.

¶ Queritur de diuisione mendatij. R̄. bz. s. Tho. 22ᵉ. vbi supra ar. 2°. φ mēdatium tripliciter diuidi potest. vno modo s̄m ipam mendatij ratiōnē que est propria ꝛ per se mēdatij diuisio: ꝛ s̄m hoc mendacium in duo diuidiṫ. s. in mēdatiū quod trāscendit veritatem i maius quod pertinet ad iactantiā: ꝛ in mēdatiū quod deficit a veritate i minus quod pertinet ad ironiaz. vt patet per philosophū in. 4. ethi. 6

Hec aūt diuiſio ideo eſt per ſe ipſius mendatij. quia mendatiū in quātum hmōi opponit veritati. veritas autē equalitas quedā eſt cui per ſe opponit magis ⁊ minus: ⁊ de iſtis vide ſupra in locis ſuis. Alio modo poteſt diuidi mendatiū inquātum habet rationē culpe ſm ea que aggrauāt vel diminuūt rōez culpe ex parte finis intenti. Aggrauat aūt culpa mēdatij ſi aliquis per mēdatiū intēdat alterius nocumentū quod vocat mendatiū pernitioſuz. diminuit aūt culpa mēdatij ſi ordinet ad aliquod bonuz vel delectabile: ⁊ ſic eſt mendatiū iocoſuz vel vtile ⁊ ſic eſt mendatiū officioſuz quo intēdit iuuamētum alterius vel remotio nocumēti ⁊ ſm illa diuidit mendatiū in illa tria predicta. ſ. i mēdatiū iocoſum qḋ fit cauſa ludi ⁊ mendatiū officioſum quod fit cauſa vtilitatis ⁊ mendatiū pernitioſum quod fit cauſa nocumenti. hec ille. 22. q. 2. nec. quis.

2 ¶ Tertio modo diuidit mendatiū a beato Auguſtino in li. cōtra mendatiū ſm ordinē ad finem ſiue ex hoc addat vel minuat ad culpam mēdatij. ſiue non vt habet. 23. q. 2. c. p. ⁊ ſm hoc diuidit in octo mēbra. quoꝝ primū eſt mendatiū in doctrina religionis. ſecundū eſt ꝙ nulli proſit ⁊ obſit alicui. tertiū aūt quod prodē vni ita ꝙ alteri obſit. quartum eſt quod fit ſola mētiendi fallēdiq; libidine. quintū eſt quod fit placēdi cupiditate. ſextuz quod obeſt ⁊ prodeſt alicui ad cōſeruandā pecuniā. ſeptimū qḋ obeſt ⁊ prodeſt alicui aduitandū mortē. octauū qḋ nulli obeſt ⁊ prodeſt alicui ad vitādum imūditiam corporalē in qua diuiſiōe tria mēbra cōtinētur ſub mendatio pernitioſa quod quidē fit vel cōtra deuz ⁊ ad hoc pertinet primū mendatiū vel cōtra hominē ſiue ſola intētione nocēdi alicui ⁊ ſic eſt. 2m. vel ſi etiā intēdatur in nocumento vnius ⁊ vtilitas alterius: ⁊ hoc eſt tertiū. Inter hec tria primū eſt grauiſſimā q: ſemper peccata cōtra deū ſunt grauiora. 2m autem eſt grauius. 3m quod diminuitur ex intētione vtilitatis alterius. poſt hec aūt tria que ſuperaddūt ad grauitatē culpe mēdatij ponit. quartū quod habet propriā quātitatē ſine additione vel diminutiōe ⁊ hoc eſt mendatiū quod fit ex ſola mētiendi libidine quod procedit ex habitu. vnde ⁊ philoſophus dicit in. 4°. ethi. ꝙ mendax eo ꝙ talis eſt ſm habituz ipſo mendatio gaudet. quatuor vero ſequētes modi diminuūt de culpa mēdatij. Nam tertiū eſt mendatiū iocoſum quod fit placēdi cupiditate. Alia vero tria cōtinent ſub mēdatio officioſo in quo intēdit quod eſt alteri vtile vel quantū ad res exteriores: ⁊ ſic eſt ſextum. vel vtile corpori ⁊ ſic eſt ſeptimū. vel etiā vtile eſt ad honeſtatē virtutis: ⁊ hoc ē octauū. patet ergo ꝙ quāto bonuz intentū eſt melius tanto magis minuit culpa mēdatij ⁊ ideo ſi quis diligenter cōſideret ſm ordinē predicte enumerationis ē ordo grauitatis culpe in iſtis mendatijs. Nam bonū vtile preferitur delectabili ⁊ vita corporalis preferit pecunie. honeſtas autem ipſi corporali vite. hec ſanctus Thomas.

¶ Utrū omne mendatiū ſit peccatū. ſ. 65. s. Tho. 2a. vbi ſupra. ar. 3. ꝙ ſic. probat primo ratione. q: illud quod ſm ſe ex genere ſuo eſt malū nullo modo poteſt eſſe bonū ⁊ licitū. q: ad hoc ꝙ aliquid ſit bonū requirit ꝙ omnia recte cōcurrant. bonū. n. eſt ex integra cauſa malū vero eſt ex ſingularibus defectibus. vt Dyo. dicit. 4°. c. de diui. no. Mendatiū aūt eſt malū ex genere. eſt. n. actus cadens ſuper indebitā materiā. Cum. n. voces ſint naturaliter ſigna intellectuū inaturale eſt ⁊ indebitū ꝙ aliquis voce ſignificet id quod nō habet in mēte. vñ philoſophus dicit in. 4°. ethi. ꝙ mendatiū eſt per ſe prauum ⁊ fugiendū. verū aūt eſt bonū ⁊ laudabile. vnde omne mēdatiū eſt peccatū. ſicut etiā Auguſtinus aſſerit i li. ꝯtra mendatiū vbi ſic ait. Quiſquis aliquod genus mendatij quod peccatum nō ſit eē putauerit ſe ipſm turpiter decipit. Idem habetur. 22. q. 2. c. mihi aūt. ⁊ c. primuz. in ſi. ⁊ c. ſuper eo de vſu. Nec valet ſi quis dicat ꝙ euāgeliſte aliquādo videntur dicere mendatiū. eo ꝙ vnus aliquādo dicit vno modo alius alio. quia ſm. s. Tho. vbi ſupra. poſt beatum Auguſtinū. rem quā audierūt varius recitat vno modo alius alio. Quid dicendū ſit de Abrahā ⁊ alijs ſanctis vide. ſ. Abraham. §. p. De Jacob qui dixit ſe eſſe primogenitū dicendū ꝙ miſtice loquebat per miſteriū q: debebat ſibi primogenitura: ⁊ ideo nō dixit mendatiū: vide. ſ. ſimulatio pn. de Chriſto ⁊ Abrahaz. Obſtetrices egypti de quibus dr Exo. p. nō bene fecerūt dicēdo mēdatiū. ſed bene fecerunt timēdo deū ⁊ de hoc fuerūt remunerate. Et ſimiliter quādo aliquis promittit ſe aliquid facturꝫ intendēs illud facere nō dicit mēdatium ſi aliquid aduenia propter quod nō ſit bonū illud implere ⁊ nō ipleat quia ſi debeat adimplere requirit ꝙ omnia permaneant que faciebāt ad illud: ⁊ quāuis mēdatiū iocoſum non offendat tamen de natura ſua habet ꝙ poſſit offendere ⁊ decipere: ⁊ ſimiliter figuratiue locutiōes nō ſunt mēdatia quia verꝫ eſt id quod intēdunt ſignificare: ⁊ de ſimulatione dicit ibidem ad quintū ꝙ ſicut locutio figuratiua veritatē habet nō a ſenſu quem verba habent in primo aſpectu. ſꝫ ab eo quem loquens facit intēdere. ita etiā ꝙ dominus oſtendit ſe velle longius ire quaſi per ſimilitudinez elongationis in itinere ſignificabat elongationem ſui a cognitione diſcipuloꝝ ⁊ in hoc veritatē habebat. ſtat igitur ꝙ omne mendatium ſit peccatum. vnde Eccle. 7. Noli velle mentiri omne mendatiū. vbi eſt notandum ſm. s. Tho. vbi ſupra ar. 3°. ad. 4m. ꝙ verba que in ſacra ſcriptura ſunt ſcripta. aut ſunt verba eius qui ſcripturam ediderunt. aut ſunt verba alicuius qui in ſcriptura recitatur loquens. 3

Si þ mō fic nō ɔtigit i eis mēdatiū q: figuratiuis locutionibus nō ē sensus verbo℞ quem þ aspectu faciūt.s℥ quē proferēs sub tali mō loquēdi facere itendit.sicut qui dicit ꝙ pratū rideat sub quadā rei similitudine itendit significare prati floritionē. Si āt sunt verba alicuius qui recitaſ loquēs.aut sunt alicuius cuius malitia i scriptura arguiſ ⁊ sic nō est i cōuenies ꝙ sint ibi etiā mēdacia sicut verba iudeo℞ xp̄m blasfemātiū aut alicuius qui cōmendaſ nō de pfectiōe virtutis.s℥ de pfectu sicut obstetrices cōmendātur.ꝙ i hoc pfecerūt ꝙ nō i dānuʒ alicuius.sed i obsequiū diuinū mētite sunt. Aut sunt verba alicuius qui cōmēdaſ de pfectiōe virtutis ⁊ i exēplū proponiſ:⁊ tūc ē eadē rō sicut de verbis scripture.

4 ¶ Utrū aliq̄n sit licitū peccare vel dicere mēdatiuʒ vt fugiamus mortē corporis vel aliud malū proximi. vide infra. ℣. scandalū. §. 12.

5 ¶ Utrū mēdatiū sit aliq̄n pctm̄ mortale. R. fm̄ d. ar. flo. 2ͤ. parte. ti. x. c. 1. §. 3. post .s. Tho. 2ͤ2ͤ. vbi. s. ar. si. ꝙ mēdatiū est mortale fm̄ ꝙ ɔ̄riaſ charitati p quā aīa viuit deo ɔiūcta:ɔ̄riaſ autē charitati tripliciter:vno mō fm̄ se. Alio modo fm̄ finē intentū. 3ͦ p accidēs:fm̄ se quidē ɔ̄riaſ charitati ex ipsa falsa significatiōe. q̄ si sit circa ipsas res diuinas:contrariaſ charitati dei cuius veritatē occultat.vel corrūpit. vñ huiōi mēdatiū nō solum opponiſ virtuti charitatis.s℥ ēt fidei ⁊ religionis. vñ hoc mēdatiuʒ est grauissimū.sicut si fidelis i psecutiōe negaret se eē christianū:qđ eēt ɔ̄ dilectioneʒ dei ⁊ i opprobriū fidei:quasi nō eēt vera sicut Petrus: Mattbei. 26. Si vero falsa eius significatio sit circa aliquid cuiꝰ cognitio ptineat ad hoīs bonū. puta q̄ ptinēt ad pfectionē sciē vt docēdo falsa sciēter i iure. vel medicina. vel alia facultate: vel q̄ ptinēt ad pfectionē morū sicut falsi pphete qui pmittebāt populo liberationē. pmanētī in peccatis suis iuxta illud prophete qui dixerūt tibi falsa. tren. 2. ⁊ eiusdē. 7. Nolite ɔfidere i verbis mēdatiꝫ dicētes tēplū dñi: ⁊c. Supple. p teget nos a malis qđ falso pmittebāt pphete. tale mēdatiū qđ īfert primo dānū ɔ̄riaſ charitati proximi. vñ mortale ē. Ad idē vr̄ pertinere mēdatium pronūtiantiū falsas idulgētias ⁊ reliquias sancto℞ ⁊ i predicatiōe sciēter falsa dicēdo: ⁊ pmittēdo missas ⁊ oroes mēdaciter: ⁊ dicētiū se habere auctoritatē. Si vero falsa opinio ex mēdatio generata sit circa aliquid de quo nō refert vtrū sic vel aliter cognoscaſ cū ex tali mēdatio nō dānificeſ pximus s℥ sē nō erit mortale. 2ͦ mō mēdatiū ē mortale rōe finis intenti. puta cū quis intēdit iniuriā dei vel nocumentū proximi quo ad psonā: famā: vel diuitias: ⁊ quodlibet ē ɔ̄ charitatē q̄n notabiliter nocet ⁊ mortale. Sic ē itelligēdū qđ dicit Ray. i. 2ͦ. pte sue sūme in dictiōe mēdatiū in fi. s. ꝙ qui verbis mēdacibus in mercationibus vtuntur dicētes rem vilem eē caram ⁊ preciosam mortaliter peccant propter nocumentū qđ iserūt pximo qđ verꝫ ē cū intēdūt notabiliter dānificare ⁊ decipere si pñt nā ꝺ modico nō apparet rō quare sit mortale ex sola aūt intentiōe peccati mortalis peccaſ mortalr. Si vero finis intētus nō sit ɔ̄riū charitati nō erūt mortale vt i mēdatio iocoso vel i quo itendiſ leuis delectatio vel officioso i quo intēdiſ vtilitas. sicut fuit mēdatiū Sarre q̄ angelis negauit se risisse pp verecūdiā. Gen. 18. ⁊ Michol q̄ mētita est Sauli de Dauid. s. ꝙ coacta dimiserit eū recedere. primi Reg. 19. 3ͦ mō pōt ɔ̄riari charitati per acciñs rōe scādali vel cuiuscūqꝫ dānī cōsequētis ⁊ sic ēt erit mortale. dū. s. aliqs nō vereſ pp scādalū publice mētiri. ⁊ sic p acciñs iocosum vel officiosum pñt esse mortalia q̄ de se sunt venialia. Nec ē verꝫ ꝙ oē mēdatiū i viris sanctis sit mortale. vt quidā dicūt nisi fo. ex suo officio i iuditio vel doctrina ɔ̄ q̄ si mētiaſ vt iudicādo vel pdicando erit mortale. alias ē veniale: ⁊ q̄n ē mortale tūc est ɔ̄. 8ͫ. pcptū. s. nō loquaris ɔ̄ primū tuū falsum testimoniū. Quō semp ē mortale q̄n est cū iuramento. s. ℣. iurare. §. 6. Quō q̄n pat simplicē fidē equipolleat iuramēto. ℣. iurare. §. 36. Quō oē mēdatiū i iudicio ē mortale. ℣. accusatio. §. 11. vide Pa. i. c. p. de testi. cog. q dicit ꝙ tacere veritatem vel dicere mendatiū i iudicio ē mortale qđ itellige vt i. §. sequēti. ⁊ Jo. an. de ɔfessio. c. p. li. 6. pꝰ glo. dicit ꝙ aduocatus docēs clientuluʒ dicere mendatium in iudicio tenetur parti.

¶ Utrū pdicator. vel doctor semper peccet mortalr mentiēdo: ⁊ vr̄ ꝙ sic ex his q̄ dicit. d. ar. flo. post. s. Tho. vt pꝫ i. §. pcedēti circa. fi. vbi dr̄ simplr ꝙ mēdatiū in iudicādo vel pdicādo ē mortale. sed i ɔ̄riū vr̄ valde duꝫ ꝙ pdicās dicēs mendatiū quodcūqꝫ iocosum vel officiosum peccet mortaliter. puta dicēdo ꝙ surrexit media nocte ad studēdū vt trahat eos ad cōpassionē si sit falsuʒ: peccet mortalr. R. ꝙ aliq casus sunt dati fm̄ oēs doc. aliq dubij. primus casus ē ꝙ dicēs sciēter aliqđ mendatiū p qđ occultaſ veritas fidei vel corrūpiſ vel ɔ̄ veritatē diuinā grauiter ⁊ mortaliter peccat sicut si fidelis i psecutiōe negaret fidē vt Petrus: ⁊c. 2ͦ ꝙ sciēter dicēs mēdatiū i notabile dānū pximi corporale vel spirituale semper ē pctm̄ mortale. puta q̄ ptinēt ad pfectionē sciē necessarie ⁊ in formationē mo℞. 3ͦ q̄n dicit qđcūqꝫ mendatiū cū intentiōe faciēdi aliquid de pdictis ēt si nō faciat. 4ͦ q̄n dicit mendatiū cū tali affectione ꝙ nō dimitteret ēt si eēt ɔ̄ charitatē dei vel pximi peccat mortalr q: itentio ēt erronea ligat. 5ͦ est rōe scādali vt cū quis dicēs mēdatiū pbabilr scādaluʒ sequi aduertit tñ nō curat. s℥ dicit mendatiū peccat mortalr. 6ͦ est q̄n sit i iudicio ad puertēdū iuditiū. tūc. n. dicit ɔ̄ deū q: ɔ̄ eius dilectionē cuiꝰ ē iudiciū: ⁊ ɔ̄ dilectionē pximi rōe iudicis cui debitū negat. tū ex pte accusatoris qui puniſ si deficiat. tū rōe ptis q̄ ledif. hec. s. Tho. 2ͤ2ͤ. q. 69. ar. p. 3ͫ. ⁊ q. 110. ar. 4. 6

intellige qñ iudex ꝓcedit iuridice ⁊ ipse tenet̃ respondere aliãs secus. melius tñ dr̃ ꝙ põt sophistice respõdere.i.ꝫ mentẽ suã ⁊ nõ iudicis. ℣. accusatio.§.14. circa mediũ:⁊.℣.iurare.§.13. de isto vltimo habes supra.℣.accusare.§.xj. Septimo est rõe iuramenti. de quo supra.℣.iurare.§.6. Octauo rõe voti. puta qꝛ vouit nõ iurare vel dicere falsum. Primus casus dubius ẽ si oẽ mẽdatiũ dictũ in iudicio sit mortale. 2º si oẽ mẽdatiũ dictũ in ꝑdicatiõe sit mortale. 3º si oẽ mẽdatiũ dictũ a doctore publice legẽte sit mortale. Ad hos tres casus dicũt quidã idifferẽter eẽ mortale mor vt credo ex verbis.s.Tho.⁊.d.ar. flo.vt pꝫ i ꝓcedẽti.§.⁊ ẽt i isto. Quidã vero dicũt non esse mortale nisi rõe scandali vel rõe ↄ̃tẽptus veritatis.s. i doctore vel ꝑdicatore. Ego vero credo eẽ ſm mentem.s.Tho.ꝙ dicẽs mẽdatiuꝫ in iudicio ptinẽs ad iudiciũ.i.aliquid faciẽs ad iudiciũ ꝙ tũc sit mortale.sic.n.probat rõ.s.Tho.sic ꝑdicator dicẽs mẽdatiũ ex quo sequat̃ aliqd ꝓmissorꝫ vel sit dubiũ ꝙ debeat sequi.puta ꝯ charitatẽ dei vel proximi vel scãdali vel ex itentione.s.qꝛ itendit aliquid istorꝫ vel si crederet vel dubitaret aliqd istorꝫ sequi ⁊ nõ dimitteret tũc credo ꝙ eẽt mortale.alias secus: ⁊ eodẽ mõ dico de doctore. De mẽdatio aũt dicto in ↄ̃fessione sacramẽtali vide.ĩ.℣.ↄ̃fessio sacramẽtalis.§.x. In alijs aũt casibus mẽdatiũ est peccatũ veniale.vide in.§.precedenti.in fi.

m Endicare quõ sit licitũ religiosis vel alijs.s. ℣.religio.§.5.⁊.s.Tho.2ᵉ.q.187.ar.5. Mẽdicantes ꝫ glo.in cle.pᵃ.de regu.i.℣.quolibet sunt ꝑdicatores minores heremite. Sancti Augustini ⁊ carmelite. De istis mẽdicãtibus vide in.c. vnico.de relig.do.li.6.vbi dicit.dominicus de sancto ge.ꝙ seruite nõ sunt mẽdicãtes. Quõ mendicantes pñt succedere.ĩ.℣.legatũ.ꝑ.§.4.

m Ensa eporꝫ nõ dꝫ splendere auro vel argento.42.di.epo vilem suppelectilẽ ꝗ ⁊ qualia ↄ̃beãt eẽ ⁊ abesse i mẽsa dericorꝫ.vide.ĩ.℣. clericus.3º.§.6. Mensa ſm.s.Tho.sup.ꝑs.22ᵉ.in sacra scriptura est triplex.s.mensa veteris legis.noue legis ⁊ patris celestis.

m Enstruus sanguis est i femineis loco seminis ⁊ vt videt̃ dicere.s.Tho. ẽ materia ꝓpria corporis xp̃i ⁊ aliorꝫ ꝫ ꝙ vr̃ dicere.s.T.3ᵃ. parte.q.31.ar.5.nõ aũt est semen femine vt ibidẽ dicit. Imo ſm.eũdẽ ibidẽ in respõsione ad.3ᵐ.ex sanguine mẽstruo nõ format̃ ↄ̃ceptus.vñ pro declaratione notãdũ ẽ ſm doctrinã eiusdẽ doctoris.vbi.ĩ. ⁊ i.3º.sniarꝫ.di.3.q.5.ar.ꝑ.ꝙ i muliere ex virtute digestiua generat̃ quidã sanguis qui postea vertitur in carnẽ eius i nutriẽdo vel augmẽtãdo. qñ aũt ꝑuenit ad pubertatẽ nõ solũ generat̃ sanguis necessarius sibi.ꝫ ẽt generat̃ in ea aliquid plus ꝗ̃ necessarius ⁊ est aliquo mõ purior ꝗ̃ alius: ⁊ iste sanguis dr̃ superfluus sibi.ꝫ necessarius generationi qui postea p semen viri cũ quadã delectatione deducit̃ ad quãdã ꝑfectionẽ maiorẽ:⁊ tũc dr̃ semen mulieris ⁊ i illa deductiõe ꝑdit̃ virginitas.s.in illa ↄ̃cupiscẽtia qua deducit̃ ad locũ generatiõis p semen viri.aliqñ aũt istemet sanguis superfluus qñ ipsa mulier nõ cognoscit virꝫ vel nõ generat ille sanguis supfluus corrũpit̃ ⁊ tũc sit ꝓprie mẽstruũ:⁊ istum emittũt quolibet mẽse p purgationẽ.ille igit̃ sanguis q ꝓcedit generationẽ põt dici mẽstruus qꝛ ea ipso per putrefactionẽ fit mẽstruus.xp̃s igit̃ fuit ↄ̃ceptus ex illis puris sanguinibus q fuerũt deducti ad illã perfectionẽ ⁊ ad illũ locũ ad quẽ ducit̃ i alijs per semen viri ex virtute.s.s.⁊ sic nõ amisit virginitatẽ quã perdunt alie qñ ille sanguis deducit̃ ad illã ꝑfectionẽ p semẽ viri.vnde etiã põt dici ꝙ xp̃s fuit ↄ̃ceptus ex purissimis sanguinibus qui pñt ẽt aliquo modo dici sanguis mẽstruus.i.ex quo in alijs fit mẽstruũ ꝓprie.i. sanguis corruptus ⁊ ex castissimis iquãtum fuit sine cõcupiscentia.

m Ensuras.vide.ĩ.℣.falsarius.§.x.

m Entiri est cõactũ.sc tenẽs extra ex parte mẽtẽtis.vñ dicẽs verꝫ credens se dicere falsum mentit̃ ſm Augᵐ. Mendatiũ aũt est abstractũ:⁊ idõ dicẽs verꝫ credens dicere falsum ꝗuis mẽtiat̃.nõ tñ dicit mendatiũ ꝓprie. qꝛ mẽdatiũ ẽ falsa significatio ꝗ̃ nõ est indicẽte verꝫ. Aliqñ tñ.s.T. dicit ꝙ ibi ẽ mendatiũ formalr̃. ꝫ ibi accipit mendatiũ ſm qd.i.ſm vnã rõeꝫ solũ.s.formalẽ mendatiũ in alio vbi dicit ꝙ nõ ẽ mendatiũ accipit mendatiũ cõplete.s.ꝫ materiale ⁊ formale simul.

m Ercantia.mercatio.mercator.vide de negotiatiõe.ĩ.℣.clericus.3º.ꝑn.⁊.§.ꝑ.⁊ ẽptio.2º. p totũ.de retrouẽdendo.℣.vsura.x.p totuꝫ. de emptiõe reditũũ ad tẽpus.vsura.9.§.pẽultimo: ⁊ vltimo.de vẽdẽtibus cũ pacto fortune.de emptione ⁊ venditione.ꝑ.⁊.2º.per totum.

m Eretrix dr̃ illa ꝗ multorꝫ.libidini pꝫ.34.di. vidua. Alibi dr̃ ꝙ meretrix ẽ cuius turpitudo venalis est.32.q.4.meretrices. Et ꝓhibitũ ẽ de iure diuino ad eas accedere.d.c.meretrices. quõ simplex fornicatio ẽ pctm̃ mortale.℣. fornicatio.§.i. Et vtrũ meretrix teneat̃ ad restitutionẽ.℣. restitutio.§.14. vtrũ accipiens meretricẽ in vxorem mereat̃.R.ꝙ sic si facit.vt eã a malo retrahat.32. q.i.nõ est culpãdus.secus si alio malo fine.

m Eritũ proprie dr̃ actio qua efficit̃ vt ei qui agit sit iustũ aliqd dari.hec põit.s.Tho.4. di.15.q.i.ar.3º.qᵃ.4ᵃ.

¶ Meritũ dr̃ dupl̃r.vno mõ actus p queꝫ efficit̃ vt ipse agẽs habeat debitũ recipiẽdi:⁊ hoc vocat̃ meritũ cõdigni. Et ad hoc tria requirũt̃.pᵐ.ẽ ꝫ cõparationẽ merẽtis ad mercedẽ. vt.s.ille q meret̃ sit i statu acqrẽdi mercedẽ:⁊ pp hoc illi q sunt oĩo i termino nihil merent̃.qꝛ nihil acqrere pñt sic̃ beati ⁊ dãnati.vbi nõ ꝙ nullus beatus põt augmẽtare ꝓmiũ

essentiale nec de nouo acquirere: ⁊ iō quātū ad hoc nō pñt mereri qꝛ nō pñt illud ꝺ nouo acquirere nec augmētare. Si tñ q̄tū ad aliqd aliud eēt viatores vt illi qui sunt in purgatorio: ⁊ xp̄s qñ erat in via q poterat mereri gloriā corporis sic pñt mereri q̄ꝫ vis nō ita ꝓprie. Silr pōt dici de beatis de aliquo gaudio accidentali qđ aliqñ non hñt ⁊ illud merent̄ ⁊ acqrūt p aliqđ ministeriū. q̄tū ad illud pñt aliquo mō dici mereri q̄uis iteꝝ min⁹ ꝓprie. 3ᵐ qđ reqrit̄ ad meritū ꝓprie dictū ē ex ꝯpatiōe agētis ad actionē. vt. s. sit dñs actōis. alias p actionē suā nō dignificat̄ ad aliqd habendū nec laudat̄: ⁊ iō ea q̄ agūt p necessitatē nature. vel ēt p violētiā nō merent̄. 3ᵐ. est ſm cōpationē actōis ad mercedē. vt. s. equiparetur mercedi nō quidē ſm eq̄litatē quātitatis qꝛ hoc requirit̄ in iustitia cōmutatiua q̄ cōsistit i ēptiōib⁹: ⁊ vēditionibus. sꝫ ſꝫ equalitatē ꝓportiōis q̄ reqrit̄ i iustitia distributiua ſꝫ quā deus eterna pmia partit̄. actio aūt ꝓportionata ad vitā eternā ē actio ex charitate facta: ⁊ iō per eā ex cōdigno meret̄ qs. ea q̄ ad vitā eternā ptinēt. sine ea aūt nihil pōt mereri qꝛ pᵐ donū ē ipa charitas. 2° mō dr̄ meritū ip̄prie. s. qñ facit opa bona sine charitate: ⁊ hoc pōt esse dupl'r. p̄ mō q i hꝫ similitudinē cū opatiōe facta in charitate q̄tū ad substantiā actus ⁊ q̄tū ad intentionē. vt cū aliquis existēs i pctō mortali dat elemosinā pp deū dr̄ meritū cōgrui. 2° mō. qñ est similitudo in substātia actus ⁊ nō in intentiōe sic dicit̄ meritū interptatiuū sicut cū quis dat paupi elemosinā pp inanē gloriā. hec. s. Tho. 3. di. 18. q. pᵃ. ar. 1. Aliud ē meritū digni. s. qñ existēs i caritate orat pro eo q nō ē i charitate dignū. n. ē vt exaudiat̄. Et sic q̄druplex est meritū. s. cōdigni cōgrui. iterptatiuū ⁊ digni.

2 ¶ Utrū bona facta extra charitatē q̄ sunt meritoria ex cōgruo vel iterptatiue valeāt ad aliqd. R. ſꝫ. s. Tho. vbi. s. imediate q nō merent̄ aliquid ex cōdigno neqꝫ eterni. neqꝫ tēporalis boni. valēt tñ ad cōsecutionē tēporaliū. 2° valēt ad dispositionē ad gratiā. 3° ad assuetudinē bonoꝝ opeꝝ. 4° qꝛ euadit reatū omissiōis qui hmōi opera pficit. 5° qꝛ retrahūtur a multis peccatis per hmōi opera. 6° q ex minori cōtemptu peccant.

3 ¶ Quolibet actu meritorio meret̄ hō augmentum gratie sicut ⁊ gratie ꝯsumationē que ē vita eterna. sꝫ sicut vita eterna nō statiꝫ reddit̄. sed suo tempore cum. s. aliquis sufficiēter fuerit dispositus ad gratie augmentū per quelibet. n. actum factū in charitate fit aliqua dispositio. aliqñ aūt non est sufficiens ad augmentū: ⁊ tunc p. 2ᵐ. vel. 3ᵐ. vel. 4ᵐ. fit sufficiens: ⁊ vltimus agit i virtute pcedentiū ⁊ itroducit augmētū. aliquādo aūt vnus solus est sufficiēs introducēs augmētū. hec. s. Tho. 12. q. 114. ar. 8. 3ᵐ.

4 ¶ Nullus pōt sibi mereri ex cōdigno primā graꝫ: ⁊ similiter nullus pōt mereri alteri primā gratiam ex ꝯdigno nisi solus xp̄s. qꝛ vnusquisqꝫ nostrū mouet̄ a deo p donū gratie vt ipse ad vitā eternā puiāt: ⁊ iō meritū cōdigni vltra hāc motionē nō se extendit. sꝫ aīa xp̄i mota ē adeo per gratiā nō solū vt ipse perueniret ad gloriā vite eterne. sꝫ ēt vt alios in eā adduceret i q̄tū ē caput ecclesie ⁊ actor salutis humane. sꝫ d merito cōgrui pōt aliqs alteri mereri primā gratiā. qꝛ. n. hō in gratia constitutus implet dei volūtatē cōgruū est ſm amicitie ꝓportionē vt de⁹ ipleat hominis voluntatē in saluationē alterius. sꝫ qñqꝫ possit habere ipedimētū ex parte illius cuius aliquis iustificationē desiderat: ⁊ i hoc casu loquit̄ Hiere. 15. Si steterint Moyses ⁊ Samuel corā me nō ē aīa mea ad populū istū. h. s. Tho. 12. q. 114. ar. 6.

¶ Utrū in habēte gratiā sit aliquis actus indifferēs 5
qui non sit meritorius neqꝫ demeritorius. R. ſm. s. Tho. 2. sniaꝝ. d. 40. ar. 5. q i eo qui habet gratiā ⁊ charitatē nullus ē actus deliberatus indifferēs. sed quilibet ē meritorius vel demeritorius. si. n. sit deliberatus in bonū ē meritorius. si aūt in malū est demeritorius. nō pōt aūt esse q sit a volūtate deliberata ⁊ sit idifferēs ad bonitatē ⁊ malitiā. In illo aūt qui nō hꝫ graꝫ pōt eē aliquis actus qui nō est meritorius neqꝫ demeritorius. sic si habeat aliquē actū deliberatū a rōe qui sit bon⁹ bonitate ciuili talis nō erit meritorius qꝛ nō hꝫ gratiā neqꝫ demeritorius. qꝛ est bonus: ⁊ ideo erit indifferens ad meritum ⁊ demeritum. ✠ intentio. §. si.

¶ Utrū actus iterior volūtatꝭ sit equal'r meritorius 6
sine actu exteriori sicut cū illo. R. ſm sniaꝝ. s. Tho. 2. sniaꝝ. d. 40. ar. 3. ⁊ 12. q. 20. ar. 4°. q actus interior volūtatis pōt acquirere bonitateꝫ ab actu exteriori tripl'r. p̄ per modū obiecti siue finis: ⁊ sic actus volūtatis dr̄ bonus ⁊ meritorius qñ est de obiecto bono puta si vult dare elemosiā est bonus. si vult offendere proximū ē malus ⁊ quātū ad hoc actus volūtatꝭ sic dr̄ meritorius si act⁹ exterior fiat sicut si nō fiat. 2° mō hꝫ bonitatē ab exteriori quātū ad intēsionē vel extēsioneꝫ. puta qñ aliquis vult fornicari nō ita intēsit̄ vult sicut qñ fornicat̄ qꝛ itendit̄ per actū exteriorē. vñ magis demeret̄ cū actu exteriori q̄ꝫ sine. Similiter quātū ad multiplicationē. nā aliqñ act⁹ exterior si multiplicet̄ causat pluralitatē actus volūtatis ⁊ eodē mō dicendū de bono meritorio. q̄tum igit̄ ad hoc nō equaliter meret̄ actus iterior sine exteriori: ⁊c. 3° mō possumus loqui de actu exteriori ſm se. q̄tū. s. ad eius bonitatē vel circūstātias. bonitas aūt ipsius actus volūtatꝭ se hꝫ essential'r ad meritū. bonitas vero actus exterioris accidētaliter. puta volūtas ipsius act⁹ martyrij si sit eque itēsa sine actu exteriori habebit equale meritum essentiale nō aūt accidentale. s. aureolā. Similiter ille qui habet voluntatē dandi elemosiā equal'r intensaꝫ si nō det qꝛ deficit possibilitas habebit equale meritū essentiale sicut si daret nō tñ habebit meritū accidētale. puta non equal'r satisfaciet pro pena nec equaliter

movebit pauperes ad orandū pro eo ⁊ sitia q̄ secū tur actū exteriorē ⁊ quātū ad hoc dr̄ actus interior equaliter meritorius sine actu exteriori essentialiter. sicut cū actu exteriori nō aūt accidētaliter. vide glo. Mat.xi.q̄ātū intēdis tantū facit itelligit ꝺ cētuali. Siɱ Ber.ait. Bona volūtas sufficit ad meritū.ſꝫ bona actio requirit ad exēplū. Et sic intellige exēplū de vidua. Luce.xi.ꝟ.itētio.§.3.⁊ se.ꝟ.petitū.§.§.8.

7 ¶ Utrū ille qui ex charitate meret alteri de cōgruo magis mereat sibi.R.ꝭm.s.T.4.di.20.ar.2.q[a].3[a]. ad.3[m].ꝙ sibi magis meret nō tamen equaliter satisfa cit. vide ait sic. In solutione debiti attendit quāti tas pene.sed i merito attēdit radix charitatis:⁊ iō ille qui ex charitate quo alio meret saltē merito cō grui etiā sibi magis meret. nō aūt qui pro alio sa tisfacit pro se satisfacit qꝛ illa quātitas pene nō suf ficit ad vtrūqꝫ petitū.tamen sibi meretur maius qd q̄ꝫ sit dimissio pene.s.vitā eternā.hec ille.

8 ¶ Utrū sit magis meritoriū facere aliquid ad obe dientiā prelati q̄ꝫ ad dictuꝫ alterius fratris vel sua propria sponte.R.ꝭm.s.Tho.quol.6.q.6.ꝙ sic vbi sic ait. Aliquis actus pōt dici meritorius dupliciter vno mō ex genere operis ⁊ sic ille actus est magis meritorius qui ē excellētioris virtutis. Manifestum est autē ꝙ latria per quā aliquis seruit deo est excel lentior virtus q̄ꝫ beneficiētia qua quis satisfacit ꝓ ximo.sicut ⁊ diligere deū est magis meritoriū q̄ꝫ di ligere proximū.ꝙ aūt obediatur prelato in quātuꝫ est dei minister pertinet ad religionē qua qs colit ⁊ diligit deū:⁊ ideo magis ē meritoriū ꝙ aliquis fa ciat aliquid obediēs ꝑlato vel seruans votum.q̄ꝫ si aliquid faciat ad dictuꝫ fratris. Alio modo potest dici aliquis actus magis meritorius ex eo ꝙ proce dit ex maiori charitate lꝫ sit minor ex suo genere:⁊ sic nihil prohibet magis mereri illū qui facit aliqd ad dictum fratris.hec ille.

9 ¶ Utrum vnus ⁊ idem actus possit esse meritorius ⁊ demeritorius siue bonus ⁊ malus. R.ꝭꝫ.s.Tho. 1[a]2[e].q.20.ꝙ si accipiat vnus actus pro vt ē in genere moris impossibile est ꝙ sit bonus ⁊ malus bonita te ⁊ malitia morali.si tamen sit vnus vnitate natu re ⁊ non vnitate moris.potest esse bonus ⁊ malus. Ambulatio.n.cōtinua est vnus actus ꝭm genus na ture.potest tamen contingere ꝙ sint plures ꝭm ge nus moris si mutetur ambulantis voluntas:⁊ sic ꝑ parte potest esse actus meritorius stante voluntate bona ⁊ pro parte malus recedente bona voluntate ver. intentio.

m Etus quid sit ⁊ quotuplex sit ⁊ multa alia pertinentia ad metuꝫ supra .ꝟ.coactio per totū:⁊.ꝟ.īpedimentū.9.per totū.

1 ¶ Metus excōicationis vtrū sit iustus.R.ꝭm Pa. in.c.olim inter.in glo.in fi.2[e].col.vbi glo.dicit ꝙ eq paratur metui cadenti in cōstantē viruꝫ Pa.vero adducit cōtra.d.c.cū dilectus.ꝙ me.cā.in glo.i.ꝟ. violentia.sed Jo.an.cōcordat ibi. ꝙ aut quis iuste minatur excōicationē ⁊ nō excusat qꝛ culpa sua ici dit i metū.ar.in.l.si mulier.ff.quod me.cā. ⁊ quod nota glo.in.c.abbas.eo.ti.Aut iniuste ⁊ tunc excu sat cū grauis pena sit inter homines eē: ⁊ hominū carere cōmertio.vt.l.hi qui sanctā.C.de aposta.sa cit.c.sacro.de sen.ex.vide bonū tex.in.c.corripiātur 24.q.3.vbi dicitur:ꝙ in dei ecclesia nō reperitur pe na.excōicatione maior ⁊ hanc distinctioneꝫ appro bant doc.de rota.Facit glo. notabilis in.l.nec timo re.ff.ꝙ me.causa.que dicit timorem infamie iuris inferre iustum metum.secus de alia infamia.supra ver.coactio.§.3.⁊ melius.ꝟ.impedimentuꝫ.9.§.ꝑ. circa medium. Et hoc intellige quādo quis nō ha bet facile remedium cōtra metum excōicationis vt puta propter potentiā ⁊ tyrānitatē minantis excōi cationeꝫ non audet appellare vel aliter superiorem adire alias secus. tunc.n.est sibi imputandū quare sibi non prouidit.ar.in.c.si.de elec. hec Panor. de electione facta per metum vide.ꝟ.electio.§.§.23.vi de aliquid .ꝟ.excōicatio.5.casu.32.§.2.

m Iles dicit a mile quia electus ex milibus vel quia.ꝑ.electi sunt mile a Romulo.hec.s.T. in li.de rege princi.⁊ ꝭꝫ Uegetiū de re mili. est qui iurat se nō euitaturꝰ mortē propter salutem rei publice nec sufficit ꝙ sit electus Tiro etiā si publi cis expēsis.sed necesse est ipm i numero militū refer ri.ff.de testa.mili.l.antpen.s.in matricula vel tabula in qua omnia noīa militū scribātur ꝭm Azo. sicut alias legitur.ff.de albo. scri.l.i.⁊ .2[a]. Idem est si in comitatu principis retentus cōfestim cingi iussus ē ff.de testa.mili.l.pen. sed ⁊ stigma .i. nota publica eorꝰ brachijs debebat infigi .C. de fabricea.l.i.stig mata ⁊ talis miles a signis militaribus citra.20[m]. annum sine magna causa remitti non poterat sine infamia.ff.ex qui ca.ma.l.pen.hodie vero tales mi lites nō inueniūtur.sed inermes tantum puta clerici de ser.non or.l.eo libentius. Milites nostri tempo ris licet nō habeant insignia obseruātie veteris ha bent tamē insignia obseruātie noue ꝭm Bal.in.l.i. C.qui bo.ce.pos.alr in ar.c.translatio.de consti.ta men non gaudent priuilegijs militaribus qꝛ eorꝰ mi litia nō est priuilegiata ⁊ in eorꝰ actibus debent vti iure cōi vt cōiter tenetur per doc. Cy. in.l. p[a].C. de iuris ⁊ facti igno. Saly. ⁊ Bar. in.l. filiusfami lias.§.veterani.ff.de procu. quia magis promouen tur ad pompam.

¶ De priuilegijs militum p[m] est qꝛ si inexpeditione ē 1 in cōflictu belli vel vite periculo cōstitutus licet ei te stari quō potest ⁊ vult.C.de testa. mili.l.q̄ꝫ pro inde etiā si nullus testis iterfit:si tamen sanguine ru tilanti vel in vagina vel clipeo suam aut in puluere scripserit ⁊ legi possit stabilis erit.C. de testa. mi.l. miles in hoc.n.casu nuda voluntas sufficit.ff.de te sta.mi.l.i.Si autem inexpeditiōe sit nō tñ icōflictu

vel vite picolo.s3 i tētorio forte vel alibi duos saltē3 testes adhibere d3.vt testet corā eis quem velit sibi heredē eē ꝛ cui libtatē.ꝛ cui legatū relinqre.ꝟ.testa. mentū.§.4.i fi.nec sufficeret si sermonibus simplici bus sic plerūqꝫ fieri solet diceret te heredē facio.aut bona mea relinquo qꝺ ipoꝝ militū iest. Aliogn nō difficulter inueniret q diceret se post mortē milit3 hoc audiuisse: ꝛ sic vera iudicia subuerterent.ff.ꝺ testa. mi.l.diuus. Si aūt nō in expeditiōe sit.s3 domi vel alibi iure cōi testari d3.C.de testa.mi.l.pen.ꝛ ē ar. ꝙ illi clerici tn̄ q regulr̄ viuūt ꝛ sunt circa diuinū officiū occupati debeāt gaudere priuilegio.s.libtat̄ psone ꝛ reꝝ hn̄t.n.clerici priuilegiū ne grauent an/ garijs ꝛ pangarijs:eqtes aūt āgarijs munus pso/ nale.i.principalr̄ alij iniunctū ex sua psona cū vero āgarijs iūgit.p ꝺr pāgaria ꝛ ē munus qꝺ coheret rei.i.pstat ex re quā qs h3 ꝛ est munus mixtū vt.ff. de mu.ꝛ ho.l.muneꝝ ab his imunes sunt clerici : ꝛ coꝝ predia de imu.ecde.non minus.

1 ¶ Utrū miles possit icarcerari p debito alicuius con tractus vel vltime volūtat̄ Bal. in.l.pᵉ.C.q.bo.ce. po.ꝙ nō:sed Bar.in.l.miles.ff.de re.iu.limitat ad debitū cōtractū in castris solum .

2 ¶ Quis nō pōt esse miles.R̄.ꝙ ipugnātes securita/ tes nauigātiū ꝛ hostes publici ꝛ iramei.milites esse nō possunt vt.l.i.ꝟ.optimos fidelissimosqꝫ cōmili/ tones.ff.de testa.mili.

3 ¶ Quō instituūtur ꝛ de coꝝ priuilegijs habes in.l. pen.ff.qui cau.ma.in glo.

4 ¶ Utrū ars militie sit licita.R̄.ꝙ sic:si debito modo fiat.23.q.1.militare de quo dic vt.ō.bellū l3 etiā mi/ litibus se exercere i his ꝗ̄ nulli sunt nociua eā exerci tij. puta icursionibꝰ equoꝝ i ꝑcicēdo tella ꝛ hmōi i qbꝰ nō imminet ꝓbabile piculū ꝓximi.sic imminet in torneamentis ꝛ iō ꝓhibent:facit ad hoc.2.R̄.ꝑ.vbi Dauid pcepit.vt docerent filios Jsrael arcū.i.artē sagitādi.vn̄ h3 Phi. abusus militie est mar[illegible] i tribꝰ: ꝑ ex ꝯcussiōe inocentiū.2ᵉ i eractiōe imoderati sala/ rij.3ᵉ i exercitio imoderato vel indebito.puta si fiat ad ostentatiōe3 virtū cū nocumento ꝓximi hic sunt torneamenta siue pugna singularis inter socios ha starum lanceaꝝ:ꝛ hmōi.

m Jnor quis dicat.R̄.ille qui nō habet.25.an nū cōplectum.ff.de mino.l.

1 ¶ Utrū minor possit petere restitutiōe3 in itegrū non solū i lesiōe ꝗ̄ demit de patrimonio. s3 etiā i lesione lucri cessantis.R̄.ꝙ sic ad quadriēniū post ꝗ̄ ꝯple uit.25.ānū. de his tn̄ solū iqbꝰ lesus est.ꝭ.25.ānū dū eēt iminoribus.vide glo.de resti.i inte.c.2.

2 ¶ Utrū teneāt gesta cū minori sine auctoritate cura toris.R̄. Pa.i.c.i pn̄tia.ꝺ ꝓba.ꝙ si itrat religiōem pōt aliēare oīa bōa sua q2 fingit mori.l.ꝺo nob.C. ꝺ epi.ꝛ cle.s3 n̄ itrādo n̄ pōt aliēare ēt ad pias cās.

3 ¶ Minor si renūtiauit bn̄ficio ecclīastico nō restitu tur q2 in spiritualibus.vt maior admittit ꝛ agit ꝛ cōuenit.ff.de mino.l.aut ꝑtor i glo.in fin.

m Jnores fratres sunt fratres ordinis sancti Frācisci:de quibus vtrū possint recipe pecu/ niā p iterpositā psonā.vide.ꝟ.pecuniā.§.1.

m Jssa ꝺr ꝛ noiat q2 p āgelū sacerdos pces ad deū mittit sic pp̄ls p sacerdotē:xp̄s ē hostia nob missa:vn̄ ꝛ i fine misse ꝺr acōne i festis licētiat ppl̄m dicēs ite missa ē.s.hostia p angelū ad deū:vt.s.sit deo accepta.vn̄ ēt sacerdos dicit iube hᵉ pferri p manꝰ sci āgeli tui i sublime altare tuū. vn̄ missa ꝺr ꝗ̄si trāmissa eo ꝙ pp̄ls p misteriū sacerdot̄ q mediatoꝝ vice fungit iter deū ꝛ hoīe3: pces vota ꝛ oblatiōes deo trāmittit vel ipa hostia sacra missa vocari pōt q2 trāsmissa priꝰa patre nob.vt.s.nob eē ēēt postea a nob patri vt apud patrē ꝓ nob eēt hec s.T.3ᵉ.q.83.arᵒ.4.ꝛ.4.di.13.in lr̄a. de alijs noibus huius hostie vide.ꝟ.eucharistia fin.

¶ Missa a qᵒ debeat celebrari.R̄.a solo sacerdote ri te ordinato:ꝺ sūma tri.e.ꝑ.§.vita.ꝺ ꝯse.di.i.c.i.i fi. de qᵒ.ō.ꝟ.euchaᵃ.2ᵒ.p totū:ꝛ .ꝟ.cōicare.§.51.ꝛ.52. 1

¶ De dispositiōe celebrantī vtrū ereūs i pctō.vide.ꝟ. cōicare.§.25.vsqꝫ ad.32.vtrū polutꝰ ibidē.§.33.vsqꝫ ad. 40.vtrū nō ieiunus ibide3.§.42.vsqꝫ ad.50.vtrū peccator peccet vidēdo hāc hostiā ibidē.§.41. 2

¶ Quo tēpore vel ꝗ̄ hora debeat celebrari .R̄.h3.s. Tho.3ᵃ.q.83.ar.2ᵒ.ꝙ cū i celebratiōe huiꝰ misterij attēdat ꝛ repsentaꝰ dn̄ice passiōis ꝛ pticipaꝰ fructꝰ eiꝰ:h3 vtrūqꝫ eē oportuit determinatū tp̄s actū cele brati ōi huiꝰ sacri:q2.n.fructus dn̄ice passiōis quoti die idigemꝰ pp quotidianos dfectꝰ quotidie i eccl̄ia iterat :ꝛ offert .vn̄ ꝛ dn̄s nos peter docet Luc.11. Pa nē nr̄m quotidianū da nob hoꝰ.vn̄ Aug.de ꝟ.dn̄i accipe quotidie qꝺ tibi ꝓsit:q2 aūt dominica passio celebrata est a.3ᵃ.hora vsqꝫ ad nonā iō regulariter i illa pte diei solēnit celebrat hoc sacm̄ i eccl̄ia:ꝛ q2 i hᵒ sacro recolit paᵉ xp̄i h3 ꝙ eiꝰ effectus ad fideles deriuat :xp̄e passiōis xp̄i recolit paᵒ solū h3 ꝙ i ipo capite fuit pfecta:qꝺ qdē factū ē semel: fructus aūt dn̄ice passiōis quotidie fideles recipiūt:iō sola ꝯme moraᵒ fit semel i āno.s.i die passiōis.hᵒ āt quotidie ꝛ pp fructū ꝛ pp iugē memoriā.vn̄ i die qᵒ ipa dn̄i paᵒ recolit ꝓut realr̄ gesta ē. nō celebrat ꝯsecraᵒ hᵒ sacri:ne tn̄ eccl̄ia eo ēt die sit sine fructu passionis p hᵒ sacm̄ exhibitū : corpus xp̄i cōsecratū i die pcedēti reseruat sumēdū i illa die nō aūt sanguis pp piculū ꝛ q2 sanguis specialiꝰ ē ymago dn̄ice passiōis nec ve rū ē qꝺ qdā dicūt ꝙ p imissionē pticule corpōis xp̄i i vinū ꝯuertat vinū i sanguinē.q2 nō pōt fieri nisi p ꝯsecratiōe3 factā sub debita forᵃ vboꝝ.hec.s.T. Et sic habes quō quotidie sumēdū est ꝛ quotidie cele/ brandū nisi in die dominice passionis. 3

¶ Utrū possit celebrari ꝺ nocte.R̄.ꝙ n̄.s3 i die q2 ipe xp̄s est pn̄s i hᵒ sacro q dicit Jo.9.me oꝫ opari opa eiꝰ q misit me donec dies ē ita tn̄ ꝙ pn̄ diei sumat . non a media nocte.nec ēt ab ortu solis.vel qn̄ sub a 4

solis apparet sup terrā:sz qñ sdbit apparet auro:a lūc.n.quodā mō dr solis ortus:q3 claritas radio2 ei⁹ apparet : vñ Mat.26.dr ꝙ mulieres ve ad mo. or.iā sole ⁊ tñ venerūt ad monumētū cū adhuc tene bre cēnt.vt dr Jo.20.hic.n.hāc ꝯrietatē soluit Aug. i li.de ꝯsen.euā.specialr tñ i nocte natalis missa cele brat p h° ꝙ dñs nocte natus ē vt habet ꝺ ꝯse.di.i.c. nocte:hec.s.Th.3ª.q.83.ar.2°.ad.3ᵐ.vna tñ sola dz dici de nocte.j.§.42.⁊ ibi habes q̄re dr de nocte : ⁊ silr ēt i sabbato scto ēē nocti pñᵐ p hoc ꝙ dñs nocte surrexit.i.cū ad huc tenebre cēnt añ manifestū solis ortū.hec.s.T.vbi.s.⁊ habet de ꝯse. di.i.c.solēt.§.i ieiunijs. Jllud de sabbato cōiter nō seruat . sz dr in sabbato sancto.vñ in prefatiōe fit mētio de nocte.

5 ℂ Qua hora dz dici.Re.s.s.T.3ª.q.83.ar°.2°.ad.3ᵐ ēē finē:ꝙ a nob celebrat hora dñice passiōis q̄ fuit a p⁸ vsq3 ad nonā.s.i dieb⁹festis.i.3ª. qñ crucifix⁹ ē linguis iudeo2 Mr it.:5.⁊ qñ.s.s. descēdit sup disci/ pulos:vel i dieb⁹ p festis.i.6ª.qñ crucifixus ē mani/ b⁹ militū.vt habet Jo.21.vel dieb⁹ieiunio2.in nona qñ emisit spiritum Mat.29.pōt tñ tardari marᶜ qñ sunt ordines faciēdi ⁊ ꝑcipue sabbato scto:tū pp p/ lixitatē officij tū ēt q: ordines ptinēt ad diē dñicaz 75.di.qđ a patrib⁹.pñt tñ ēt misse celebrari i p⁸ pte diei pp aliquā necessitatē.de cōse.di.p⁸.necᶜ ē hec.s. T.⁊ accipe primā ptē diei vt i.§.ꝑcedenti.vñ misse priuate pñt dici ab auro:a vsq3 ad nonā.i.meridiē ita ꝙ i nona sit icepta. Sic tñ dictū i isto.§.s.s.T. pp necessitatē pōt āticipari pa2 añ aurorā⁊tarda ri aliq̄tr post nonā.⁊ Pe.ꝺ pal.dicat ꝙ si credit añ diē cē diē:aut cē añ meridiē qñ ē post pñt excusari si pa2 ē.marᶜ qñ h° eit ex deuotiōe q: qđ pa2 deest nihil de cē vr.Jdē vr qñ necᶜ ē cōicare īfirmū ⁊ nō dz viaticū marᶜ si eit de licētia epi vel supio2s silr epi itenerātes añ diē celebrare pñt ne ipediāt i via hz.d.ar.f.post glo.i.c.si.ꝺ priuil.li.6.de eo qđ ē ꝺ.3ª 6ª.9ª.itelligēdū ē de missa solēni vel hz ꝯsuetudinē āntiquā : moderno.n.tpe nō huat ⁊ ꝯsuetu° excusat. pōt igit isto tēpo2e bm ꝯsuetudinē celebrari ab au/ ro:a vsq3 ad nonā.i.meridiē. vbi nō ꝙ alr accipit s.T.nonā vtz q: dicat ꝙ nona est qñ xps expirauit qđ fuit bm eum.11. hora ⁊ fo2te ꝙ tpe suo erat ista ꝯsuetudo.vt.d.ꝟ.Jeiuniū.§.5.de quo vide ibi. Et q alr añ die celebrat bm Guil. peccat mo2talr q: ꝯ ꝯsuetudinē gñalem eccle.Et fo2te hz Guil. ꝙ eps posset i casu dispēsare.Quo ꝟo ad eos q volūt cōi/ care nō iuenit qn possint oi hora cōicari dū sint ie/ iuni a media nocte mane tñ dici ē cōgruētio2 ho ra.vide aliquid.ꝟ.cōio.§.4.

6 ℂ Quid de eis q nōdū dictis matutinis celebrāt.Re. s.ꝟꝟ.ꝙ mo2talr peccāt cū h° sit ꝯ gñralē ⁊ appro batā ꝯsuetudinē eccle.xj.di.c.i his.q̄uis possit au/ diri.dicit ēt.d.ar.f.post Pe.de pal.ꝙ nō dz dici añ primā.nisi sit ꝯsuc° i ꝯriū vel gñralis vt i missa .p⁸. c.2ª.natalis vel pticularis.vt i quibusdā mōasterijs vbi dicūt multe misse añ primā:⁊ h° nūc vr gñalr q̄si vbiq3.vñ cū ad h°cōiter nō adducat a doc.aliō ar.nisi ꝯsuc°:⁊ nūc ꝯsuc° sit i ꝯriū : vr ꝺꝺ simplr ꝙ cā rōnabili iteruenīēte pōt celebrare añ primā nec ē necᶜ vt illā añ missaz dicat alias opōteret aliqñ illā bis dicet q2 multotiēs aliq celebrāt añq̄3 p⁸ dicat i co ro ⁊ sic opo2tebit illā bis dicet l'nō vadat ad co2.

ℂ Ubi dz missa celebrare.Re.hz Ray.ꝙ missa ñ dz 7 o2dinarie celebrari nisi i eccla cōsecrata si fieri pōt vel saltē i altari ꝯsecrato vel si h° nō habet ad mi/ nus semp habeat parua tabula ꝯsecrata⁊nō refert de q° sit altare sup q°ponit talis tabula ꝺ q̄ vide.ꝟ. altare p totū i nulla āt necessitate lz celebrare i mar vel i flumio.Nō hñtib⁹āt capellas lz poti⁹ celebrare sub diuo q̄3 stare sine missa dūmō habeant necᶜ:qꝛ nō pōt hre licētiā ab epo i h°.n.papa dispēsat ⁊ nō ꝙ qcūq3 celebrat vel celebrare facit diuina i ciuitatī b⁹.castris vel vilis nisi q̄tenus eis a iure ꝯcedit:ē ei iterdict⁹ igressus eccle ipo facto cuiuscū3 o2dinis vel priuilegij sit munitus.c.epo2.de priuil.li.6.Jdē si i locis a iure vel a iudice phibitis.ibdē.Predicato res tñ ⁊ mino2es hñt priuilegiū vt dictū ē.s.ꝟ.al/ tare.§.2ª.⁊ silr epi i via.ibidē.ꝯcor.s.T.3ª.q.83.ar. 3°.dicēs ꝙ passio xpi nō ē celebrata i domo. sz sub diuo q: eccla.vt dicit Aug. nō erat ꝯcludenda sub finib⁹ gētis iudaice.sz i vniuerso mūdo. Nūc vero regulariter celebrari d⁊ i domo q̄ est eccla dei viui q: extra ecclaz nō ē locus sacrificij veri ⁊ tñ i.c.cō/ cedim⁹.de ꝯse.di.i.ꝯcedit in itinere vt.s.hec ille.Et itez ibidē dicat regulant nō lz celebrare h° sacrm ni si i domib⁹ ꝯsecratis.vñ sic habet de ꝯse.di.p⁸ nullus pbiter missaz celebrar ꝑsumat nisi i sacratis ab epo locis nec lz ꝯsecrar domū i q̄ fuerūt sepulti pagāi de ꝯse.di.i.c.eccliaz:pp necessitatē tñ pōt h° sacriz pagi i domib⁹ñ ꝯsecratis tñ ꝺ ꝯsensu epi.c.missa2.c.di.nō tñ sine altari po2tatili ꝯsecrato.d.c.ꝯcedim⁹ h.s.T.

ℂ Co2ā qb⁹dz missa celebrari.Re.hz.T.vbi.s.ar.5. 8 ad vltiᵐ ꝙ i solēni celebratōe misse.plures dñt ad cē vt habet de ꝯse.di.i.c.h° quoq3 statutuz ē vt nullus pbiter celebret solēnia nisi duobus pbiteris sibi p/ sentibus respōdētibus ipe tertius habeat q: cū plu/ raliter ab eo dr dñs vobiscū ⁊ illud in secretis o2ate pro me apertissime cōuenit.vt ipi respōdeat saluta tioni.vñ ad maio2ē solēnitatē ibidē statutū reperitur vt eps cū pluribus missa2 solēnia pagat: ⁊ cū dya cono.93.di.dyaconi:in glo. ⁊ qđ ibi dr ꝙ sacerdos celebrās nō dz p se calicē accipe est hz Pe.monitio. Jn missis aūt priuatis sufficit vnū habere ministrū qui gerit psonā totius populi catholici ex cuius pso na sacerdoti ptr respōdet ar.c.pposuit.de fi. ps.hec s.Tho.hoc idē ꝯfirmat Pa.i.c.quisq3.de vit.⁊ ho. cle.vbi igit dr i iure ꝙ debēt cē plures itelligit ꝺ so/ lēni missa vel vt Pe.ꝺ pal.dicit ē abrogatū p ꝯriā ꝯsuetudinē:vbi aūt dr ꝙ vnus sufficit itelligit ꝺ pri uatis ⁊ hoc ꝯsuetudo approbat. Mulier āt i missa

ministrare nõ põt nec palas nec vestes ↄtingere vel
sociuz ēē altari ↄ̄ferre.c.sacras.di.23. ⁊ ↄ̄ ↄ̄se.di.i.ve
stumẽta ⁊ ꝙ requirit saltē vn⁹ seruitor.c.sufficiat idē di
cit Al.⁊ Host.ar.ↄ̄ ꝟ.fig.ↄ̄stiuit ꝑ .R.Pa.vbi.s̄.di
cit.ꝙ si diceret.peccaret sed ↄ̄secraret imo plus dicit
glo.i.d.c.h⁹ quoqꝫ ꝙ reclusus missaz sol⁹ cātare põt
vbi clerici copia nõ suffragat̃ q̃ necessitas non hꝫ le
gē ar.c.ↄ̄stiuit.de.ꝟ.fig.vbi solus ꝑbiter iūgere põt
sꝫ sec⁹ cessante necessitate. Sꝫ qd si iminet necessitas
celebrādi.puta q̃ dies festus ⁊ ñ hꝫ sociū ꝟꝫ illā gl.
videt̃ ꝙ possit celebrare solus.sꝫ ↄ̄ est Pa. ⁊ Hosti.
credo ꝙ non deberet celebrare ad glo.dr̃ ꝙ est abro
gata ꝑter ↄ̄trariā ⁊ generalē cõsuetudinē.

9 ¶ Cū qb⁹ istrumētis dꝫ missa celebrari.R.ꝑ.ꝙ dꝫ cū
vestimētis debitis celebrare q̃ sunt calciamēta:amict⁹
vestis alba:cīgulū:māipul⁹:stola:planeta:sꝫ q̄lia de
bēt eē ꝑdicta.R.ꝙ ꝟꝫ ↄ̄suetudinē rõnabilē regiõis
vel ↄ̄gregatõis ar.l.ↄ̄ qb⁹.ff.ↄ̄ legib⁹.An debeāt eē
bñdicta cõiter tenet̃ ꝙ sic exceptis caliamētis. cīgulū
ēt ꝟꝫ Ricar.i.4.di.13.ↄ̄ ↄ̄suetudine nõ bñdicat̃ rõna
bioꝛ tñ ē opio ꝙ bñdicat̃:ↄ̄ bñdictiõe istoꝝ vide.ꝟ.
bñdictio.§.i.2⁹ dꝫ celebrari cū igne ↄ̄ cele.mis.c.si.⁊
celebrās sine igne dꝫ offi⁹ ⁊ bñficio priuari ibidem.
Debet ēt corp⁹ dñi qñ portat̃ ad ifirmos portari cū
lumie.c.sane.ↄ̄ cele.mi.ar.ꝙ dꝫ teneri i eccl̃ia cū lu
mine q̃ nõ adhibet̃ lumē ꝑ tenebras.sed ad signū
letitie demõstrādū. vt ostēdat̃ ꝙ ē lux ꝟa:ↄ̄c.2.di.
t.cleros.3⁹ cū calice ⁊ patena ↄ̄ qb⁹.ꝟ.calix.4⁹ cū al
tari lapideo de q̄.ꝟ.altare.5⁹ cū corporali ⁊ tribus
tobaliis ⁊ ꝟ.d.ar.Flo. ad minus debēt eē due ꝟꝫ ꝙ
erāt duo lītamia dr̃.n.i plurali: ⁊ debēt eē de lino
simplici ⁊ sil̃r corporalia vel de canapo de quibus.
ver.corporalia. 6⁹ cū missale:hostia azima:vino ⁊
aqua q̄ in minori q̄ntitate debet iponi q̄ꝫ de vino vt
i.c.pernitiosus.de cele.mis.ꝟ.eucha⁹.§.4.⁊ se.

x ¶ Utrū peccet mortal̃r q̃ celebrat sciēter sine aliq⁹ isto
rū.R.d.ar.f.⁊ cõiter doc.ꝙ si celebrat sine igne.aq̄
vel pane fermētato si ē latin⁹.sine altari ↄ̄secrato vel
sine palliis vel sine māipulo:stola vel sine calice:⁊ pa
tena.vl̃ sine casula cīgulo:veste alba:amictu sic pec
cat mortal̃r ⁊ cit⁹ dꝫ dimittere ēt die festo:nõ tñ effi
cit̃ irregularis siue sciēter siue ignorāter faciat ꝟm
Ricar.4.di.13.q̃ nõ reperit̃ i iure: de calciamētis āt
nõ repit̃. vñ si dimitteret eo ꝙ nõ haberet ⁊ nõ fa/
ciat ex ↄ̄tēptu nõ videt̃ mortale:hõc vbi est ↄ̄suetu
do sufficiūt:⁊ nõ ꝙ ꝑceptū ē clericis ꝙ vasa ⁊ vesti
mēta i qb⁹ celebrari dꝫ sint mūda ⁊ nitida i.c.relig
ↄ̄ custo.euc.⁊ iõ videt̃ mortale facere ↄ̄triū.i q.q.i.
qõ papit̃:qõ itelligerē qñ est in magno excessu.

xj ¶ De missali .d.ar.Flo. credit ꝙ peccet mortal̃r si
celebrat sine:vel saltē sine libro i quo sit canon pro/
pter piculū cui se expõit q̃ multi etiā magne memo
rie deficiūt ⁊ ēt ꝑ ↄ̄suetudinē cui ↄ̄sentit Angelica
⁊ dr̃ canõ cõiter a te igit̃ vsqꝫ ad coiōeꝫ.

xij ¶ Quõ i.qbus verbis vel actib⁹ dꝫ celebrari .R.ꝙ
dꝫ obſuari ordinariū misse tā i dicēdis q̄ꝫ ēt i acti/
bus.cui⁹ ordinatõis originē habuim⁹ a Jacobo fra
tre dñi ⁊ a Basilio epo cesariēsi ⁊ Theodoro papa
.4.a Petro:de ↄ̄se.di.i.c.Jacob⁹:q̄dā ꝟo p successio
res ⁊ q̄dā sunt ↄ̄suetudine roborata quaꝝ vsurpar
ritus ⁊ eidem.vtriusqꝫ pietatis debet̃ affectus.di.xj.c.
ecclesiasticaꝝ:quoꝝ oiūꝫ.s.T.4.di.8.i lr̃a. reddit ra
tionē:sil̃r i.3⁹.pte.q.83.ar.4.⁊ ponit ordinē ⁊ expo
sitionē dicēs ꝙ missa hꝫ tres ptes pricipales.s.pri
orõnis qõ durat vsqꝫ ad epl̃az exclusiue:2ͣ.dictū.s.
ipaz celebrationē q̄ durat vsqꝫ ad post coiōnē exclu
siue ⁊ graꝝ actiõis ex ide vsqꝫ ad finē:p⁹ ps ↄ̄tinet
duo.s.ꝑparationē populi ad orõnē ⁊ ipaz orõnē.ꝑ
parat̃ āt pplꝰ ꝑ p deuotionē i itroitu.2⁹ p humiliatio
nē q̄ fit p kirieleison.i.dñe miserere q̄ sūt noia greca
q̄dā āt sūt ebraica sic alleluia.i.laudate deū : saba/
oth.i.exercituū osāna.i.salua obsecro:amē.i.ꝟe:vel
fiat. Alia sūt latia: ⁊ dr̃ kyrieleison nõies ꝑ nouē
coros angeloꝝ vel ꝑ fidē trinitatis ꝟꝫ ꝙ q̄lꝫ psona i
se ↄ̄siderat̃ ⁊ i ordine ad alias duas.3⁹ p rectā intē
tionē.q̄ ad celestē patriā ⁊ gloriā dirigēda ē q̄ oēꝫ
rõeꝫ humanā excedit ⁊ hoc fit p gloriā i excelsis qõ
dr̃ i solēnitatibus q̄ nobis celestē solēnitatem repsen
tāt in officiis vero luctus oio itermittit̃ .deinde seq/
tur orõ ad deū ꝑ populo fusa quā sacerdos publice
proponit.ꝑmissio:dñs vobiscū:qõ sumit̃ de ruth.2⁹.
2ͣ aūt ps principalis tres ptes ↄ̄tinet.p⁹ est populi in
structio vsqꝫ ad offertoriū. 2⁹ materie oblatio vsqꝫ
ad ꝑfactionē.3⁹ sacri ↄ̄sumatio vsqꝫ ad post coiōnē
⁊ iste ptes diuidūtur i multas partes vt ponit.s.T.
vbi.s̄.vbi nõ ꝙ effectus euāgelice doctrine est fidei
ↄ̄fessio q̄ q̃ ē.s̄.rõeꝫ a sacerdote ichoat̃ Symbolū
fidei ⁊ chorus prosequit̃ nec dr̃ nisi in solēnitatibus
de quibus mētio i symbolo:sicut ↄ̄ natiuitate resur
rectione de aplis qui fidei fundatores fuerūt ⁊ simi
libus.3ͣ pars principalis ē gratiaꝝ actionis ⁊ cõti/
net duo.s.memorationē beneficii accepti i cātu anti
phone post coioneꝫ ⁊ graꝝ actiones i orõne quam
sacerdos ꝑseq̃t vt ↄ̄formit̃ finis misse pp⁹ respõdeat
multa a.ia põit.s.T.vbi.s̄.q̄ dimitto cā breuitatis.

¶ Utrū gloria i excelsis debeat dici i missis votiuis. xiij
R.ꝙ nõ ordinarie vt i.c.ↄ̄siliū ↄ̄ celebratõe missaꝝ
nec ēt:credo i vnū deū:dicit tñ Hosti.i.d.c.ↄ̄siliū.ꝙ
deuotā ↄ̄suetudinē nõ reprobamus vt i missa voti/
ua de bt̃a virgine i q̄ cõiter glia dr̃:ꝑfatio ēt ꝑprie
dꝫ dici i missis votiuis si hꝫ ꝟm Pa. i.d.c.ↄ̄siliū:⁊
sunt decē ab eccl̃ia approbate nouē habētur i.c.in/
uenimus:de ↄ̄se.di.i.s.natiuitatis dñi: epiphāie:qua
dragesime:pasce:assensiõis dñi:pētecostes:sc̃e cru/
cis:sc̃oꝝ aploꝝ:⁊ sc̃e trinitatis:⁊ i.c.sc̃oꝝ.70.di.
ponit̃ decima de dñica .s.cõis. Alie sunt delende de
missali nisi ex priuilegio vel ↄ̄suetudine habeat̃ Ro/
sella dicit.ꝟ.missa.§.12.ꝙ ex priuilegio Alex. 4. qõ
icipit passi grauiora:licet dicere hymnū āgelicū qñ
missa de spiritu sancto ⁊ de beata virgine celebrat̃
⁊ coꝝ sequētias.2.ꝑpriā ꝑfactionē i missa de cruce:
⁊ hmõi hec ille.credo tñ ꝙ q̄lꝫ attēdere debeat ad

ꝓprias rubricas vel ordinatiões max^e qñ sunt appro bate p summū pōtificē vt i ordine fratrū pdicatoꝝ vel ad laudabiles ꝛ antiquas cōsuetudine.

14 ¶ Ut^r ꝯueniēter ordinēt̃ h oia ad ꝯsecratiōez cū so lis ṽbis xpi h^c sacr̄m ꝯficiat̃. R̄. s̄. s. T. vbi. s̄. 3^a. pte ad. p^m. q nec̄ fuit h addere ad ꝑparationē populi.

15 ¶ Ut^r ꝯueniēter dicat̃ q xps eleuat̃ oculis i celū ꝛc. sic̄ accipite ꝛ mādu cate oēs cū i euāgelio nō legā/ tur. s. eleuatis oculis ꝛ. ṽ. oēs. R̄. b3. s. T. vbi. s̄. ad 2^m. q sic̄ dr̄ Jo. vlti^o. multa sunt a deo facta vel di/ cta q̄ euāgeliste nō scripserūt iter q̄ fuit hoc qd̄ dn̄s i celū oculos leuasse dr̄ in cena: qd̄ tñ traditiōe apo stoloꝝ ecclesia habuit. rōnabile aūt vr̄ vt q i suscita tiōe Lazari hec fecit: fecerit etiā i institutiōe huius sacri qd̄ aūt i canone dr̄ māducate ꝛ non comedite nō dr̄t q^m ad sensuz nec multū refert q dicat̃ p̄sertiz cū verba illa nō sint de forma qd̄ aūt addit̃ oēs i/ telligit̃ i verbis euāgelij lz nō exprimat̃ qꝛ ip̄e dixit Jo. 6. nisi māducaueritis ꝛc. ꝛ qd̄ sit necesse oēs su mere vide. ṽ. cōicare. pñ^c. ꝛ. s̄. p̄. ꝛ se.

16 ¶ Ut^m ꝯueniēter fiat memoria cois oiuz fideliū de/ functoꝝ cū i aliys sacris nō fiat. R̄. s̄. s. T. vbi. s̄. ad 3^m. q eucha^a ē sacr̄m totius ecclastice vnitat̃ ꝛ iō specialr̄ i hoc sacro magis q̄z i aliys dz fieri mentio de oib^9 q̄ ptinēt ad salutē totius ecclesie ꝛ reqrit̃ in hoc sacro maior deuotio q̄z i aliys sacris pp hoc q i h^o sacro totus xps ꝯtinet̃: ꝛ coior qꝛ i h^o sacro reqrit̃ deuotio totius populi p quo sacr̄m offert̃ ꝛ nō solū ꝑcipiētū sacr̄m sic̄ i aliys sacris ꝛ iō sic̄ Cyprianus dicit sacerdos p̄fatiōe p̄missa parat fratrū mentes dd̄^o sursuz corda: ꝛ respōdet plebs: habem^9 ad dn̄z vt admoneat̃ nihil aliud cogitare q̄z deū ꝛ quō re/ grat̃ actualis deuotio seu attētio vide. ṽ. cōicare. s̄. 25. nec ē nec̄ i memēto noīare aliquā p̄sonā bz glo. i. c. visuz. de ꝯse. di. i. pōt tñ noiare. vt i ca glo. dicit̃ ꝛ sic i hoc casu non minus quilz habet sub generali q̄z si specialr̄ fieret vt ibi vide infra. s̄. 55.

Jo.an.d.Anto.ꝛ alioꝝ:ꝛ ꝙ in isto casu sit ēptio ꝛ nō mutuū sic ꝓbaſ. Nā in mutuo periculū ꝛ dominiū stat apud accipientē pecuniā:ꝛ mutuās potest illud reuocare. i vēditiōe aūt est totū oppositū.nq3 emens.i.dans pecuniā retinet dominiū possessionis ꝛ substat periculo.nec pōt reuocare.ob quā cā3 pōt fructus accipe sine vsura:ꝛ sic est hic i ꝓposito. Nā ipe qui emit loca dat pecuniā ꝛ retinet dominiū talis iuris ꝛ periculū.nec pōt repetere.s3 bene pōt vendere:igiſ. Ex his igiſ p3 solutio multaꝝ dubitationū. Nā qrit.p.vtrū sit tm̄ iteresse q̄ītu3 recipiūt.2°vtrū cōitas libere donet vel possit donare vtrū libere vel coacte.3° vtrū libere vel coacte isti ciues moueanſ ad dādas pecunias ciuitati.vel sint pumi vel secūdi.4° vtru3 faciāt sub spe lucri.vel charitate.5° vtrū accepe rint plus q̄3 sit capitale:ꝛ oia hmōi.q̄ habent locū i mudo mutuo:ꝛ nō i ēptionē ꝛ ven.ꝛ sic casus ꝓ mō erat suspectus.2°.āt mō erit securus: ꝛ ad hoc ꝙ sit securus facit qꝛ ecclesia ꝛ ecclesiastice persone iā diu hoc sciuit ꝛ tn̄ nūq̄3 expsse reprobauit sicut fecit de alijs suspectis.vt3 in.c.in ciuitate.ꝛ.c.ꝯsuluit:ꝛ.c.fi. hoc valde corroborat qꝛ cōis vsus ꝛ oēs psone tam religiose q̄3 seculares tā obseruātes q̄3 ꝯuētuales ta3 deuote q̄3 ideuote oēsq3 idifferēter emūt ꝛ vendūt. vn̄ si eēt casus dubius ecclesia nō tolleraret. Ex his etiā p3 ꝙ page possint emi vt dictū est i ꝓcedēti.§. ꝛ vēdi. Nā paga nō videſ aliud eē nisi pars iuris ꝓdicti.habere.n.loca ē habere ius petēdi in ꝑpetuū talē annuū reditū.habere aūt pagā. est habere ius petēdi talē reditū pro vno.vel pluribus ānis:ꝛ substat piculo illius āni. Nā si ciuitas ꝓ illo anno nihil posset dare ꝑderet capitale:ꝛ sic p3 ꝙ se h3 sicut pars s3 fm̄ Pa.vbi.s̄.si totū pōt vendi etiā pars poterit vēdi.vt dictū est i ꝓcedēdi.§.ꝛ hoc ē qd̄ ipe Pa.vꝫ tenere loquēs de mōtibus venetiaꝝ sic inquiēs. Ille q h3 i pecūia.M.emit ex eis tot loca cōis q postea vendit alteri ius suū:ꝛ emolumētū oē qd̄ percipit a cōi.qrit an iste ꝯctus sit licitus ꝛ dicit ꝙ sic qꝛ recipit redditū i pecuia iā ꝯstitutū ꝛ nō verbū iā institutū vt.s̄.iā notauimus qꝛ si nō haberet reditus sic ret i aerē ꝛ si quis aliter posset decēter viuere cōsulerem:ꝛc. Uide aliquid infra.v.vsura.15.§.9.

v Sura.15.in cābijs vtrū possit aliqd .s̄. sortem accipi .R. ꝙ cābia fiūt tribus modis in cōi. primus modus dr̄ cābiū reale tm̄:ꝛ minutū ꝛ fit isto°.cāpsor cābiādo recipit vnū solidū ꝓ floreno ꝛ dicit Jo.de ligna.i.c.fi.de vsu.ꝙ videſ vsura. eo ꝙ videſ vēdere pecuniā q̄ ē inuēdibilis fz Archi. .14.q.4.c.ꝓ.nō pōt igiſ accipe nisi rōe interesse.s3 si hoc eēt veꝝ multi dānarētur. vn̄ dr̄ fz alios ꝙ licitus est.vn̄ Bal.i.c.ꝓ.de plu.pe. dicit ꝙ talis ꝯctus est licitus iure gentiū ꝛ necessarius: ꝛ munitus rōe nālis:ꝛ ꝙ cāpsor pōt multiplici rōe aliqd plus accipere.tā qꝛ pecunia etiā valet.s.nālr ꝓndere:ꝛ mā:ꝛ ex lege positiua:puta plus valet bono. bonoꝛ q̄3 alibi.tū rōe iuterē operaꝝ.ꝓp̄sionū factoꝝ.salarioꝝ.factoꝝ:expēsaꝝ. ꝑp labores ꝛ pericula ꝛ multa alia ꝛ hec ars ē etiā nec° ad vtilitatē ꝑegrinātiū.ad cōmutationē reꝝ.sine qua nō bene pōt vita hūana q̄ sine nūmismate nō pōt esse:ꝛ iste per cāpsores ꝓuideſ. Nō pōt dici iste ꝯctus mutuū.qꝛ nō speraſ lucrū ꝑp dilatione3 tēporis.nec reddiſ idē spē.neqꝫ numero. nō pōt etiā dici ēptio.qꝛ ēptio stat i rebus q̄ nūmismate appreciātur.dr̄ aūt cōmutatio q̄ est triplex.s. cōiter.ꝓ oi trāslatiōe.2° ꝓprie.ꝓ cōmutatiōe rerū materialiū necessariaꝝ ad vsu3 humanū.3°.ꝓprijssime ꝓ cōmutatiōe nūmismatū ꝛ sic ē in ꝓposito:ꝛ fm̄ Rosellā.v.vsura.6.§.6.fi.pōt etiā fieri a nō tenētibus appothecā q̄3uis habeat minorē cā3 q̄3uis alij dicāt ꝯtrū.vōt n̄ i hmōi eē iniustitia cū danſ monete false iase nimute ꝛ mixte.sicr si plus q̄3 sit debitu3 recipiat. Pōt etiam eē pcm̄ si et auaritia. Regula determinate quātitatis non pōt dari.con.d.ar.s.2°. tit.ꝓ.c.7.vbi loquiſ de securitatibus.

¶ Fit aliud cābiu3 qd̄ reale ꝑ lrās dr̄:ꝛ sic dupl̄r.ꝓ. sic. Ego habeo hic Janue.c.aureos vellē ꝙ responderētur mihi Rome.cōuenio cum cāpsore vt faciat mihi lrās.qbus denſ mihi nonagintaquinqꝫ solū:ꝛ reliquū lucreſ.dr̄ fm̄ Bal.vbi.s̄.i dubio ꝓcedentis ꝙ est ꝯctus licitus ꝛ ꝓbatur vt in dubio ꝓcedenti:ꝛ item magis.ꝓpter pericula portandi pecunias.2° fit sic:ē vltramōtanus q h3 in patria sua.c.ducatos venetos.quos itendit portaſ venetijs vbi plus valēt ꝛ ibi expēdere.iuenit cāpsorē indigentē pecunijs i sua patria.habentē tabulā cābij ꝓ venetijs: ꝛ tradit sibi ad foꝝ cābij ꝓ venetijs ꝛ ibi recipit centūquinqꝫ. aliqn̄ plus.aliqn̄ minus. Talis ꝯctus pōt eē licitus qn̄ recipit nō rōe expectatiōis ꝛ maxime si pricipaliter intēdat sibi ꝓuidere.vt illos habeat venetijs ꝓ suis necessitatibus. Nō.n.vēdit pecunias q̄ est iuēdibilis.s3 tn̄ hic recipit quātū ibi numerauit.nam tn̄ valet venetijs ducatus sine dēnario.q̄3 alibi cū denario.cursus monete hoc operaſ: ꝛ monetaꝝ diuersitas:ꝛ idustria accedit rei licite.l.si heres.ff.ad.l.fal. Si aūt traderet illas itēdēs pncipalr lucrū ꝑpter aliquā expectatiōnē:eēt mutuū cū itentione pncipali lucri:ꝛ sic esset vsura. nisi forte vt dictū est hoc faceret diuersitas monetaꝝ.vel industria: ꝛ in istis semper cāpsor pmus recipit q̄3 det.

¶ Fit.3°.mō aliud genus cābij.qd̄ dr̄ cābiū per venetias.siue cābiū siccū vel cābiū ad libras grossoꝝ.qd̄ multis modis fit. Nā aliqn̄ sic fit.recipio florenos a cāpsore decē libras grossoꝝ q̄ nūc valēt.c.florenos: cū pacto ꝙ tenear ipi cāpsori tn̄ dare q̄3tu3.s.dece3 dies post celebratū ꝯctū valebūt libre grossoꝝ venetijs.q̄ aliqn̄ valent plus aliqn̄ minus: vt ꝑplurimum tn̄ plus valēt ꝛ hoc hinc ad menses receptiōis eoꝝ: vel si plus vult retinere de mēse i mēse3 renouaſ mō ꝓdicto:ꝛ i isto cābio lucrū expectaſ in cremēto ꝓbabilis alicuius monete. Alio° fit.ego habeo.c.ducatos

hic Janue: et trado illos Petro vt restituat mihi ro
me hinc ad mensem. vbi creditur plus valere. 3° mo/
do habeo Janue.c.trado Petro indigēti vt mihi re
spondeat lūdres. siue bruges. hinc ad tres menses. al
terius generis monetā. puta tot libras ad sterlinglis
vbi similiter creditur illas plus valere. Quarto mo/
do trado Janue certas monetas vt respōdeat Lug
duni institutis. tempore nundinarū hinc ad tres mē
ses. vbi creditur plus valere. vel propter concursum
mercatorū vel conditionem pecuniarū et istis qua/
tuor modis credit semper plus recipere quia isti qua/
tuor modi videntur reduci ad eandem difficultatem
ideo simul. primo adducam rationes dicentiū istos con/
tractus esse licitos. 2° eorum qui debent esse illicitos.
Quantū ad primum. arguitur. primo. sic quia in hoc contractu
vel est mutuū vel cambium si primo modo non videtur
vsura quia non plus accipit quam dedit et sic nō supra sor
tem accipit. sed vel decem libras vel centū ducatos
sicut dedit quod autem plus valeant est ex alteratione
vel variatione pecuniarum. vel locorum patet quia aliquando
ducatus valet.l. hinc ad mensem valet.lij. si igitur mu
tuarem tibi nunc ducatum valentē.l. et hinc ad men
sem restitueres mihi ducatum similem valentem.lij.
non videtur vsura. 2° sic quia si hic interueniat com/
mutatio siue cambium non videtur vsura quia non est
mutuum. in mutuo. n. obligatur restituere idem eius/
dem speciei. sed hic restituit alterius generis. puta gros
sos pro ducatis et similiter in mutuo fit solum ad in
stantiam recipientis hic autem solum ad instātiam
dantis. puta quia vult pecunias suas in alio loco vel
ad instantiā vtriusque. puta quia vnus indiget Janue
alius in Bruges. quādo autem dicitur mutuum fit
de meo tuum debet intelligi negatione. i. non est mu
tuum nisi fiat de meo tuum nam in emptione fit de
meo tuum et tamen non est mutuū. 3° sic quia iste cre/
ditor videtur in se recipere periculū quia potest plus et
minus valere. vnde locator quia retinet periculum rei
locate potest vltra sortem recipere. iure enim nature
ad illum pertinet emolumentum ad quem pertinet
periculum. 4° ratione dubii potest plus vendere. c.
si. de vsu. sed hic est dubium plus vel minus. nec de
terminauit quod non minus vellet accipere. 5° quia quili/
bet potest recipere quod sibi voluntarie donatur. c.
de eulogiis di.18. sed isti sic mutuo conueniunt vo/
luntarie et sine deceptione. 6° quia effectus eius videtur
bonus. s. prouisio ciuitatis in necessariis copia victua/
lium et similium. 7° quia in dubiis debemus mitio/
rem partem accipere de re iur. c. 2°. promptiores. n.
debemus esse ad soluendū quam ad condemnandum et
nō debemus de dolo iudicare nisi appareat. sed hic
nō est apparentia vsure vt ex dictis igitur. 8° quia
iste videtur contractus nominatus. puta do vt des
et accedit ad emptionem in qua licet vendere plus

quando partes sciunt et consentiunt nec adest neces/
sitas naturalis. videtur enim vendere ducatum pro
flandensibus. 9° quia licet pacisci in mutuo de inte/
resse vt.ē.x.vsura.2°. sed si iste non reciperet cū isto
cremento mutuans pateretur interesse nam dat du/
catos venetos venetiis qui plus valent vel tantum
venetiis quantum valent ille pecunie que restituun
tur si essent venetiis. 10. quia ista videtur eē opinio Jo.
cal. Lau. de rido. et secundū comunem opinionē.
in. c. in ciuitate licet cāpsoribus aliquid accipere. 11°
quia si quis velet permutare. c. ducatos ibi Venetiis in
monetas flandenses posset. cum igitur. a fortiori si
expectat. 12° quia si quis vellet habere pecunias in bru/
ges pro mercantiis non esset dubium quod esset licitus.
sed hoc quod est indigere et non indigere non mu/
tat contractum igitur. In contrarium arguitur quod
non sit licitus contractus. primo. quia videtur mutuum
cum expectatione lucri supra sortem et sic est vsura
per diffinitionem quod expectet aliquid supra sortem
principaliter patet quia non aliter daret vt presuppo/
nitur: quod sit mutuum patet quia est in rebus cuius vsus
est consumptio et sic fit de meo tuum et transfertur
dominium. 2° quia hoc videtur tenere Goff. in summa
de vsu. vbi dicit quod si quis mutuauit pecunias recepturus in termino alterius generis monetam si hoc fa/
cit vt in extimatione lucretur cēsendus est vsurarius
et hoc etiam tenet Hosti. in summa de vsu. §. An in
aliquo. v. quod si quis pecuniam. vbi dicit quod iste talis
censendus est vsurarius sicut hi qui de nundinis in
nundinas mutuant pecunias quam vsuram dicit eē
execrabiliorem omnibus aliis quātumcumque sub spe/
cie permutationis seu venditionis fiat. 3° quia Lau.
de Ro. in tractatu suo de vsu. dicit si quis mutuat vi/
num vel granum recepturus in alio tempore in quo
est maioris extimationis si verisimile est quod debeat
esse maioris extimationis eo tempore et non erat
vsque ad illud tempus seruaturus cōmittit vsuram vt
in. c. nauiganti; et. c. in ciuitate ergo idem debemus
dicere in casu nostro. immo multo magis cum iste
mutuauerit pecuniam recepturus in alio tempore
alienam monetam de qua verisimiliter extimatur
quod debeat lucrari cum ducatus Venetus non tantum
valeat in brugis. s. grossos. lij. ergo debet censeri con
tractus vsurarius. 4° quia dato etiam quod sit venditio
et non mutuum iterū est vsura quia vendit iste plus
MD. ducatos quam valeant propter dilationem tempo
ris scilicet duorum mensium solutionis fiende in bru
gis: etc. Ad hec quatuor argumenta respondent te/
nentes contrarium. Ad primum quod non est mutuum sed
venditio vel commutatio ad hoc quod dicitur de meo
tuum dictum est in. 2° argumento adducto ad con
trariam partem. Ad. 2m. dicitur quod Gof. et Hosti. lo/
quuntur de vero mutuo vbi principaliter intendunt

lucrum hic autem principaliter intendunt commutationem. ita enim determinant ipsi met vbi allegantur scilicet ꝙ si mutuant verisimiliter credentes ꝙ plus valebit ⁊ sub ista spe mutuant est vsura secus si vt seruiant: ⁊ similiter est dicendum ad tertiū. Ad quartum dicitur ꝙ non vendit plus propter dilationem temporis. sed propter cursum cambij. Ad argumenta. primo facta respondent tenentes aliam opinionem. Ad primum. dicitur ꝙ siue sit mutuum siue commutatio est vsura. nam si est mutuum patet expresse ꝙ plus sperat aliter enim non daret ⁊ quando dicitur ꝙ accipit quod declarat. R. ꝙ accipit cum melioramento sicut si quis mutuaret frumētum expectans melius nec volebat retinere est vsura. d. c. si. ⁊ q̄uis ptiū fit ex alteratione pecunie tñ expectabat meliorem vt in exemplo dato ⁊ eodē modo diceretur de ducato si illo fine fecisset scilꝫ ut plus accipet. Ad. 2m. dicitur ꝙ esset mutuum implicitum nam idem est ac si mutuaret talem pecuniam expectans meliorē. d. c. consuluit. Ad. 3m. dicitur ꝙ q̄uis sit periculum ⁊ dubium tamen est magis verisimile de maiori ⁊ credit. aliter non daret. 2r. patet ad. 4m. Ad. 5m. negetur ꝙ fiat voluntarie nec hoc presumitur. Ad. 6m. dicitur ꝙ non intendit illam vtilitatem sed aliud. Ad. 7m. dicitur ꝙ illud intelligitur in foro contentioso ⁊ quando est occultum. Ad. 8m. patet per primum. ⁊. 2m. Ad. 9m. dicitur ꝙ nisi speraret lucrari non daret. Ad decimum dicitur ꝙ dicti doc. intelligunt secundum ꝙ dictum est supra de cambio reali minuto. vel per litteras: illi sunt boni. Ad vndecimum dicitur ꝙ non inueniret cum tanto lucro. signum est ꝙ non est verisimile ꝙ expectaret si posset tunc habere. Ad. 12m. dicitur ꝙ ibi principaliter querit commoditatem pecunie que licite potest queri hic autem principaliter lucrum. Ex his igitur patet q̄ꝫ dubia sit ista. q. tam ex diuersis doct. q̄ꝫ rationibus. vnde omnino cautum esset abstinere: si quis tamen velet in hoc perseuerare nō esset propter hoc condemnandus ex quo magni doct. hoc tenent esse licitum. Ego tamen vltra alios sic distinguerem quia vel principaliter in tali contractu querunt aliquam rationabilem causam vel vtilitatem honestam. puta quia indigent illa pecunia in illo loco pro quo accipit cambium vel dans siue accipiens ex beniuolentia vel aliqua causa iusta hoc facit ⁊ sic crederē ꝙ cum bona cōscientia possit vti illo cambio q̄uis accedat vtilitas illius cambij ⁊ tunc habet locum illud dictum ꝙ industria accedit rei licite. d. l. si heres. ff. ad. l. fal. Si vero principalis intentio esset solum propter lucrum iterum distinguitur quia hoc quod plus accipit: vel accipit hac ratione solum quia expectat. puta quia nolebat illuc ire vel ibi accipere ipse vel alius pro eo: ⁊ sic est clarus casus scilicet ꝙ est vsurarius. d. c. consuluit: ⁊. c. nauigantiꝫ. ⁊. c. in ciuitate. si autem accepit ratione precij variati. vel periculi. vel dubij verisimilis. puta ibi recipit vbi plus valet vel est variatum precium ⁊ sic est aliqualis ratio periculi vel dubij sic etiam crederem ꝙ posset admitti non tamen ita dare sicut in primo. ⁊ maxime quando volebat illud seruare ad illud tempus vel portare ad illum locum ⁊ sic facilime possunt omnes doct. saluari ⁊ reduci ad concordiam. Mouentur enim tenentes ꝙ est vsurarius vt patet ex suis rationibus quia ex mutuo intendit lucrum propter expectationem. Alij autem quia accipit preciū iustum. vel quia faciunt bono fine. s. indigentie. ex quo vt mihi videtur debet nominari iste contractus secundum. d. c. consuluit.

¶ Fit etiam alijs tribus modis. primo quando aliquis indiget pecunia ⁊ non inuenit qui mutuet nisi sub isto cambio de Londres. vel simili palliato. cum nec dans nec accipiens habeat ibi respondentes vel saltem accipiens nihil ibi habeat agere. sed solum querit pecuniam propter indigentiam. 2o. etiam modo sub isto colore accipit vt remittat: ⁊ tamen non illuc vadit nec habet respondentem vel accipientem pro se sed vt habeat tempus ad soluendum: ⁊ tunc credo ꝙ isti modi sint vsura palliata. tertio modo de eo qui fit Rome scilicet ꝙ post excessum qui fit ratione cambij. volunt etiam. 5. vel. 8. pro. c. ⁊ ista videtur vsura expressa. nisi forte ibi esset tantum interesse. 3

¶ Ex his que dicta sunt maxime ad auctoritatem Gof. ⁊ Hosti. patet quid dicēdum sit ad. q. qua queritur de illo qui mutuat pecuniam ad certum tempus recepturus aliam alterius generis. verisimiliter credens ipsam esse plus valituram ⁊ dicitur ꝙ si hoc fecit principaliter propter lucrum ex mutuo sic est vsura. si autem gratis mutuauit ex charitate principaliter potest accipere sine vsura si etiam fecisset propter lucrum tamen erat dubium vtrum plus vel minus deberet valere. sic etiam non esset vsura similiter secundum aliquos si fecisset vt vitaret damnū. puta quia timebat ne minus valeret. Aliud enim est vitare damnum ⁊ aliud sperare lucrum. maxime si ne interesse alterius. puta alius expendit anteq̄ꝫ minus valeret similiter dicitur ad. q. quam Innocen. ⁊ Hosti. mouent in. c. fin. scilicet de illo qui recipit pecuniam a mercatore vehendam ⁊ reddendam vltra mare. certa mercede accepta. dicitur ꝙ potest accipere etiam si reciperet ratione assecurationis quia recipit propter operas ⁊ custodias suas. nec est simile de casu in predicto. c. fin. vide supra vsura primo. §. 9. 4

¶ Ex his etiam patet ad. q. quam mouet Pet. de Ancha. in. c. vsurarum. de vsu. lib. 6. ⁊ Ioan. Cal. 5

In.c.fin.eod.t.de eo qui mutuat frumentum restituendum alio tempore: et breuiter. R. q si est dubium q plus vel minus debeat valere maxime accipiendo medium potest si vero erat verisimile q plus et volebat ipsum retinere vsq ad illud tempus pot etiam In.d.c.fin. Si vero nolebat ipsum seruare et est verisimile q plus valebit et maxime si aufert libertatem se liberandi in tempore medio est vsura eodem modo intellige si erat frumentum vetus. con. Ray. et Ho. et Pisa.ver.vsura.primo.§.20.et.26. et Ar.flo. 2ª.titu.primo.c.7.et.8.circa fi.ibi. Item si mutuat et. §.ii.ibi. Sed quid cum mutuans. Angelica. ho. vsura.primo.§.36. Pa.in.c.fin.de vsu. circa fin. eodem modo dicitur de vino: pecunia: et aliis similibus. Notandum tamen q si quis mutuat vetus vel aliter minus bonum vt recipiat magis bonum et tamen principaliter facit ex charitate non esset condemnandus.

6 ¶ Quid si emat fructus in herba vel venturos ad duos vel tres annos. R. secundum. Ho. q. ex forma non est vsurarius si fiat sine fraude computatis periculis et aliis concurrentibus. con. Pisa.ver. vsura. 3.§.45. Ar. flo. 2ª. titu. primo.c.8. ibi quid si quis vendat circa fi.

7 ¶ Quid de his qui contendunt de aliquo q erit vel non erit et sic ponunt decem. R. q si concurrat aliquid vanum. puta talis morietur ante annum sic lucrum erit etiam vanum. si autem concurrat aliquod turpe etiam lucrum erit turpe. forte dandum pauperibus ex bono consilio. si vero nullum istorum concurrat. sed fiat ratione solatii vel alterius liciti: et volunt se supponere fortune ambo: tunc crederem q possit retinere licite nisi forte interueniret fraus ab altera parte. puta quia illud sciebat et ostendebat contrarium.

8 ¶ Quid dicemus de his qui emunt tempore magni periculi pro vilissimo precio. puta tempore guerre. vel quando aliquis vult auferre illicite a quo non potest se defendere: et est periculum inuincibile q perdatur. sicut etiam esset in magna fortuna maris. R. q licite potest facere eo q periculum et dubium est magnum: et sic tunc non plus valet. l. cum hereditate: et. l. q si in venditione. ff. de here. et ac. vend. Host. autem et Archi. consulunt q inde fiant large elemosine.

9 ¶ Ulterius queritur consequenter ad dicta Pa. supra de locis. s. ver. vsura. 14. vtrum sit vsura si quis emat a comunitate collegio vel singulari psona certos annuos redditus in vita emptoris vel ad aliud quodcunq tempus vel vsumfructum alicuius possessionis. R. secundum Guil. q non. ex forma contractus. posset autem esse illicitus ex parte venditorum quia videtur assumere materiam desiderandi mortem eius aut ex parte emptoris qr forte nimis paruo precio emit. pensatis circunstantiis de verisimili vite eius et quantitate precii. vel valoris ipsius vsusfructus: si vero quando emitur a priuata persona dicatur in vita ipsius venditoris. esset tunc magis clarum quantum ad hoc q non datur materia desiderandi mortem. Inno. tamen in.c. in. ciuitate: de vsu. dicit q non licet de nouo positos. sed hoc dixit quia aliquando fiet. s. in aere ponuntur. i. ab his qui non habent illos redditus in aliquo. Abb. vero et alii tenent indifferenter q sic: et hoc intelligo quando constituuntur in aliquo fructus habente. con. Pis. ver. vsura. 3°. §. 5. supra. c. 5. §. 8.

¶ Queritur quando aliquis mutuans pecuniam x
Joan. ad decem annos cum pacto q si infra decennium moriatur alter eorum: debitor sit liber si vero superuixerint ambo dabit aliquid vltra sortem et simili modo est statutum in ciuitate q quicunq habens filiam vnius anni: et dat. c. ciuitati cum conditione si vixerit illa filia vsq ad. 15. annum ipsa ciuitate det. ccccc. ad maritandam eam. si autem ante mortua fuerit ciuitas totum lucratur vtrum sit vsura Angelica. ho. vsura. primo. §. 42. et. 43. et Rosel. ho. vsura. primo. §. 40. dicunt q sic nec excusat periculum vbi ratione temporis aliquid plus accipitur. c. fi. de vsu. vnde videtur lucrum ex mutuo principaliter intentum. c. plerique. 14. q. 3. Similiter si sic mutuasset particulari persone esset vsura ergo a fortiori quia magis tenetur subuenire ciuitati. Item quia periculum non excusat quando dominium non remanet apud tradentem vt in societate. posset tamen dici q si iste ambe partes velint se submittere fortune: et non sit melior conditio vnius q alterius. pensatis periculis et aliis que circa istum contractum occurrunt q non sit vsura quamuis videatur citius ludus fortune et sic non consulendus. Non obstat. primum. quia non accipitur aliquid ratione expectationis sed solum ratione periculi et sic est solutum. 2m. Ad tertium negatur q sit vsura in particulari persona: ad quartum dicitur q tam capitale q lucrum stat sub periculo vsq ad terminum fortune et sic non est simile de societate.

Vsura . 16 . circa contractum de retrouendendo circa quem possumus tria considerare. primum. est substantia contractus que est emptio et venditio que fundatur in intentione emendi et vendendi. nam si intenderent locationem. vel pignus vel aliud non esset emptio. c. ad nostram. de empt. et vendi. et. c. illo vos. de pigno. et similiter q non sit precium minus medietate valoris. 2m. pertinet ad equitatem contractus vel iustitiam. s. q precium sit iustum et id quod recipitur pro fructu sit equum. 3m. pertinet ad presumptionem quantum ad

forum contentiosum que possunt esse plures condi/tiones.prima est retrouenditio. secunda modicitas precij.tertia appositio termini ad redimendũ. quarta remotio libertatis ad redimendum.puta quia nõ vult reemere ante biennium vel triennium ꝛ simi/lia.quinta quando dat venditori ad affictum. sexta quando promittitur aliquid supra sortem in reem/ptione.septima quãdo emẽs est vsurarius vel assue/tus ad similes contractus.

1 ¶ Sciendum est igitur ꝙ iste contractus secundum Pa.in.d.c.ad nostrã fit multis modis. primo quã/do precium est iustum ꝛ solum apponitur pactio de retrouendendo siue ad tempus.puta decennium siue in perpetuum quo casu contractus non presumi tur vsurarius nec pignoratitius : ꝛ emptor lucratur fructus donec retrouendatur nec computabit in re/stitutione fructus in sortem. vt est tex. in.l. 2. C. de pac.inter emp.ꝛ ven.ꝛ ꝙ procedat ista.l. de iure ca nonico apperte vult glo.in.d.c. ad nostram : ꝛ cla/rius Archi.in.d.c.plerisqꝫ.14.q.3.ꝛ facit tex. d.c. ad nostram. qui non solum ponderat pactum de retro/uendendo sed ꝙ non licebat recuperare quãdocũqꝫ Item ibi interuenerat modicitas precij. Et ꝙ iste ca/sus sit licitus tenet.d.Ar.flo.post Ray.ꝛ.Vv.2. ti/tu.primo.c.8.§.8.ibi quid si quis vendat.2°. casus magis dubitabilis est quando interuenit pactum de retrouendendo pro modico precio. nunquid ex istis duobus debet presumi feneratitius: Dy.post Ja. de are.in.l.3.C. plus valere. quod agitur. tenet ꝙ non etiam si concurrat.3°.ꝙ emptor sit vsurarius : ꝛ ni/titur respondere ad istud.c.ad nostram:ꝛ ad.c. illo vos nec aliter declarat. sed glo. in.d.c. ad nostram videtur velle ꝙ hec duo sufficiant ꝛ apertius tenet I.c.conquestus: de vsu.ꝛ Archi. in.d. c. plerisqꝫ. d. Ant.in.d.c.illo vos.hoc tenet expresse. sed hoc iure nõ probatur quia in.c.ad nostram fuit presumptio magis vrgens quia fuit appositũ pactum de retro/uẽdendo a septennio vsqꝫ ad nouennium: ꝛ sic nõ licebat recuperare rem venditam quandocunqꝫ sed volebat interim lucrari fructus : dictum tamen in se videtur verum ꝛ nõ quia ex modicitate precij presu/mitur qualitas contractus:vt est glo.nõ.l.prima. ff. de superfi. ꝛ per Bar.in.l. cotẽ.§. qui maxima de publica.ꝛ facit tex.in.l.cum hi.§.modus.ff. de tran/sac.Nã nemo presumitur iactare suum. c. super hoc de renũ. ꝛ in.l.cum indebito ff. de proba. puto ta/men ꝙ non sufficiat quelibet iniustitia.sed debet esse precium valde tenue respectu valoris rei duplici re/spectu.primo quia contrahentes solent se decipere in precio. 2° quia res minus valet propter illud onus retrouendendi in venditione appositum argu. in.l. fundi partem.ff.de contrahendis. ven. ꝛ maxime hoc procederet si emptor esset vsurarius ꝛ nõ hunc casum quia quotidie accidit: ꝛ habeo notabiles au/ctoritates.3°.casus est quando fit pactum de retro/uendendo certo termino elapso pro modico precio: ꝛ talis contractus presumitur feneratitius ꝛ iste est proprie casus.c.ad nostram. nam presumptio est ꝙ interim voluerit emptor lucrari fructus.quartus ca/sus quando fuit appositum pactum de retrouendẽ/do in maiori precio ꝛ ꝙ fructus computarentur in sortem ille contractus presumitur feneratitius: ꝛ iste est proprie casus.c.illo vos:ꝛ oritur hec presumptio ex pacto apposito contra naturam contractus. nam si erat vera venditio debebat emptor lucrari fructus illud enim pactum congruit magis nature contra/ctus pignoratitij:ꝛ illud quod voluit vltra.primum precium presumitur extortum causa vsure. 5°. casus est quando quis petebat mutuum offerendo rerum suarum ypothecam ꝛ alter dicit nolo mutuare. sed emere:ꝛ sic secutus fuit contractus emptionis. quo casu dicit Hosti. ꝙ ex hoc solo nostri vsurarij mo/derni conuincuntur : sed videtur velle Hosti. ex illis verbis ꝙ oportet ꝙ emptor sit vsurarius. alias au/tem ego non video ꝙ illa prima requisitio per se sufficiat. Nam sepe quis vellet recipere mutuum ꝛ non reperit mutuantem. sed facilius reperit empto/rem rei quam vult obligare. sed posset procedere il/lud dictum quando venditio fuit secuta per illã pe/cuniã quam petebat mutuo. Nam tunc modicitas precij cum presumpta voluntate que colligitur ex pri ma petitione. presumitur ꝙ contractus sit vere pi/gnoratitius quod indubie procederet quando cum hoc fuit appositum pactum de retrouendendo ꝛ p hec habeo multa iura declarata. Modicitas igitur precij non est sufficiens argumentum doli.sed requi/runtur alie circunstantie hec secundum Pa. ex qui/bus patet qualiter iudicandum sit in foro contentio so quomodo autem iudicandum sit in foro consciẽ/tie vide.§.sequentem.

¶ Quantum autem ad forum conscientie quando 2
concurrit voluntas emendi ꝛ vendendi etiam con/ditionata.puta quia non libenter vendit.sed propter occurrentia citius vult vendere ꝙ̃ aliter facere: ꝛ cõ currit iustum precium cum iusto ficto seu reditu : ꝛ emens accipit in se cõditiones emptoris. puta ꝙ stet periculo ꝛ similia. tunc est iustus contractus. etiam si accidant alie presumptiones.puta de retrouendẽ/do siue tempore determinato siue perpetuo. aut ꝙ non possit in aliquo tempore : ꝛ ꝙ affictet venditori vel quecunqꝫ alia presumptio. vnde potest multis modis formari secundum casuistas. primo quando ponitur pactum solum de retrouendendo. 2° cũ cer/to tempore:ꝛ istis duobus modis si fit intentio emẽ di ꝛ vendendi cum iusto precio ꝛ iusto ficto est lici/tus contractus secundum omnes. 3° fit cum pacto

tractum vendendi ad terminū. puta ad decem annos ⁊ cum pacto ꝙ ante tres vel quinqꝫ nō possit redimere ⁊ tunc nisi fieret illa cōditio. iusta causa. puta quia bonificauit stercorizando: ⁊ č. esset suspectus. quarto cum predictis cōditionibus: ⁊ deinde cum pacto vt locet vendenti sub certo afficto. iste cōtractus si assumit cōditiones. s. intentio emendi ⁊ vendendi: iustum precium: iustum fictum ⁊ conditiones ementis. s. ꝙ subiset periculo est licitus cōtractus. quinto sit quando quis vendit possessionem nō habendi pecuniā cū pacto ꝙ si infra biēniū nō soluerit ex tunc teneatur soluere certum quid pro centenario. iste cōtractus videtur licitus vt in glo. in. c. conquestus: de vsu. ⁊ concludit ꝙ hic petitur fructus tāꝗ interesse. percipit. n. emptor fructus quos accepisset vēditor. sexto sit quādo vendit sine termino ⁊ vult quādiu nō dederit precium recipere fructus. quidam dicūt ꝙ nō potest qꝛ non est in mora. sed melius videtur vt dictum est supra. ß. vsura. 2°. ꝙ a pricipio possit ꝯstitui i mora.

v Sus ⁊ vsusfructus: vsus fm glo. in. l. i. ff. de vsu. ⁊ ha. ꝙ est ius vtendi rebus alienis salua rerū substantia ex qua diffinitiōe: glo. ibi infert ꝙ vsus nō potest proprie cōsistere in rebus que solo vsu consumuntur. sicut nec consistit proprie vsusfru. quia eis nō competit diffinitio quia cōsumēdo ⁊ vtendo non saluaretur rerum substantia. differunt autem quia in vsu potes solum pro te accipere in vsusfru. vero potes etiam alijs cōmunicare: ⁊ similiter si haberet solū vsum pecorū posset solum vti ad stercorizandū: in vsusfru. autem potest vti lacte ⁊ lana. Insti. de vsu. ⁊ ha. habitatio autem plus continet qꝛ non solū ipse cū suis potest habitare. sed etiā potest alteri locare diuisim a se.

1 ¶ Ad quid tenetur vsusfru. R. ꝙ tenetur pstare cautionem ꝙ in rebus que vsu non cōsumūtur arbitrio boni viri ipsius vtetur salua rerum substantia. sicut quilibet bonus vir vtitur ⁊ fruitur re propria: ⁊ secūdo ꝙ finito vsusfru. restituet proprietario id quod super est. In rebus vero que vsu ꝯsumūtur debet prestare cautionē de his exhibendis in ea qualitate vel si vult ꝯsumere ꝙ pstabit extimationē illorū bonorū. c. vltimo: de pigno. in glo. ⁊ ff. de vsusfru. earū rerū que vsu consumūtur. l. i. 2. ⁊ 3. de his vero que vsu non consumūtur. sed veterescunt vt vegetes ⁊ similia. dicit Pa. in. d. c. si. ꝙ cauebit de restituendo quod supererit finito vsufructu vt patet in. l. i. ff. vsusfru. facit. l. i. ff. de vsufru. earū rerum. vbi ista duo ponūtur vt diuersa. s. que vsu cōsumūtur ⁊ que vsu diminuūtur: ⁊ ideo iura que volunt vt extimatio prestetur loquūtur in his que vsu cōsumūtur vt in. l. si tibi vini olei. ff. de vsufru. earum re. ergo nō debent extēdi ad ea que non cōsumūtur sed minuūtur quia aliter vsufructuario esset preiudiciū: ⁊ facit pro hoc exemplū que in re cōmodata q̄ vsu minuit vbi dānū pertinet ad dominū nō ad cōmodatariū. l. cū q. ff. cōmodati.

2 ¶ Utrum vsusfructuarius non prestans cautionem a principio ⁊ recipiens fructus teneatur eos restituere. R. fm Pa. in. c. cū cōstet: de pigno. ꝙ doc. cōiter distinguunt cōcordando glo. iuris ciuilis que sunt cōtrarie sic. Aut bona fide recipit. puta quia non fuit exacta cautio nec maliciose distulit prestare ⁊ habet locum glo. in. l. vxor la prima. ff. de vsusfru. leg. que tenet ꝙ nō tenetur restituere. Aut exactus nō prestitit cautionem/vel fuit in mala fide maliciose cum sciret se obligatum: ⁊ non prestitit: sic tenetur restituere tāꝗ indebite perceptos qꝛ non facit suos: ⁊ sic intelligenda est glo. in. l. si cuius. ff. de vsusfru. facit. l. sed ⁊ si. §. scire. ff. de peti. here. vbi errans in iure facit fructus suos: ⁊ non male fidei possessor.

3 ¶ Sed nūquid testator poterit remittere ne det cautio. R. ꝙ potest in rebus que vsu consumuntur. In alijs vero secus. ratio qꝛ daretur materia delinquendi. nec curaret vti sicut bonus vir sed in alijs cessat. cum solum teneatur ad extimationem. quod verum est nisi proprietas fuisset eidem vsufructuario legata vsqꝫ ad certum diem ⁊ vsusfructus pure qꝛ hoc casu cautio non est prestanda. vt in. l. si vsusfructus. §. plane. ff. vsusfru. nec sufficit iuratoria quando vsusfructuarius est suspectus alias sic fm Pan. in. d. c. cū cōstet. ar. in. c. per vestras: de dote. post diuor. resti.

4 ¶ Utrū vsusfructuarius teneatur ad expensas in re de qua habet vsūfructum. R. fm Ludo. de Ro. in nouel. ꝙ sic: ad expēsas paruas ⁊ ad collectas ⁊ ad refectionem: de collecta ꝙ teneatur habes in. l. quero. ff. de vsufru. lega. l. apud iulianū. §. heres. quod limita nisi collecta tanta esset ꝙ equiualeret perceptioni fructuū quia solum teneretur dominus. glo. est in. l. q concubina. §. qui ortos. ff. de lega. iij. quam secūtus Dy. ⁊ Bar. in. l. his verbis. §. idem testator. ff. de leg. iij. Idem dic in expensis pro refectione nisi esset ei legatus vsusfructuarius generaliter omniū rerum quia sic tenetur ad omnes expensas vel renūtiare. l. hactenus. ff. de vsufru. De vsuario autem dicit idē Ludo. ꝙ aut dominus participat in cōmodo rei cuius mihi legatus est vsus. puta qꝛ domus est ampla ⁊ tunc tenetur dominus tantum. Aut nō participat. sed solus vsuarius ⁊ sic tenetur ad expensas. l. si dominus. ff. de vsus. ⁊ habi.

5 ¶ Utrū ille qui relictus est vsusfructuarius omniū bonorū teneatur soluere es alienū de temporis bonis. R. fm Hosti. ꝙ sic. secus si solum esset relictus vsusfructus aliquarū rerū. ff. de vsus. lega. l. si. Pau. de castro cōsilio. 385. dicit ꝙ proprietarius tenetur principaliter. s. ad vendendum de bonis pro solutione eris alieni ⁊ sic vsusfructuarius participabit in solutione minorem vsūfructum habebit pro quo facit. l.

fi. §. si autem ea alienum. C. de bonis que libe.

6 ¶ Utrum quādo sunt plures vsufructuarij & vnus moritur reuertatur ad proprietarium. R. q non: sed accrescit alteri. ff. de vsufru. accre. per totum. Solum ergo redditur ad proprietariū qñ oēs deficiūt. Insti. eo. §. i.

7 ¶ Quid si vsufructus relinquatur alicui donec filius pupillus ad pubertatem venerit & pupillus moriatur ante pubertatem. R. q vsufructus durabit vsq ad etatem perfectam si vero sit relictus sub incerto tempore puta donec talis furiosus resipuerit & antequā resipiscat moritur sic durabit toto tempore vite vsufructuarij q2 possibile fuit in toto tēpore eius q in furia perseuerat vt in. l. ambiguitatem. C. eo.

8 ¶ Utrum cum vsufructus vniuersaliter gregis vel armenti est legatus si moriatur teneatur vsufructuarius reficere. R. q sic. ex agnatis gregum tenetur submittere alia loca mortuorum capitum. Secus tamen si in animalibus legetur vsufructus quia non tenetur reficere si moriātur sine sua culpa. ff. eo. l. vetus. Insti. de rerum diui. §. sed & si gregis. Idem dic q debet in vineatum mortuarum & arborum locum alias cōstituere & colere. Nam quasi bonus paterfamilias debet vti. vt in. d. §. sed & si gregis.

9 ¶ Utrū vsufructus legatus filio existenti in potestate patris amittatur per mortem eius. R. Bar. in. l. sisteris. C. de vsu. & habi. q non: q2 presumitur factum contemplatione patris & remanebit patri. Si vero pater pmoriatur sic presumitur cōtemplatione filij & non extinguetur sed erit filij aduentitium. Et potest fructuarius vendere vel cedere cōmoditatem vsusfructus. sm Bar. sed non ius vsufructus.

Uxor dicitur mulier postq̄ contraxit per verba de presenti. in fauorabilibus. vide ver. sponsalia in principio.

1 ¶ Utrum maritus possit verberare vxorem. R. sm Hosti. in. c. quemadmodum: de iur. iur. q sic ex magna causa & leui verberatione ar. in. l. pretorius. ff. ad. l. acquil. de homi. ad audientiam. sed sine causa vel grauiter verberans vir punitur ad dandum ei tertiā partem donationis propter nuptias vt in aut. vt liceat. ma. & aui. §. si quis autem propriam. Uerbera enim ingenuis aliena sunt glo. 7. q. i. c. sicut. Et quāuis lex ciuilis penam non imponat interficienti vxorem adulterantem. l. gracus. C. de adulte. 33. q. 2. inter hec si inuenit in actu adulterij. Lex tamen canonica: & diuina: dicit non occides: & ideo non licet. Uide aliquid ver. percutere.

2 ¶ Utrū vxor tenet sequi virū suū. R. sm q colligo nō in. c. si quis necessitate. 34. q. 2. q aut trāsfert domiciliū: & sic tenet eum sequi: & hoc verū nisi pactum fuisset vt nō trāsferret q2 sic non teneret nisi post pacturn aliq necessitas aduenerit q impediret maritū ibi manere. puta infirmitas vel capitalis inimicitia q2 sic tenet sequi: non obstante pacto ar. c. vnaqueq3. 13. q. 2. Si vero non trāsfert domicilium sic nō tenet eū sequi sm Hosti. Similiter nō tenet eū sequi si est vagabūdus. hz glo. in. d. c. vnaqueq3: nisi sciens eū vagabundū cōtraxit cū eo q2 sic tenet: hoc totum limito ver. quādo ex eā honesta: vel trāsfert domicilū: vel est vagabūdus: secus si ex cā nō honesta: vel si vellet eā trahere ad pctm̄ vel imineret sibi picululum vite: q2 sic nō teneret eū seq: vt sentit glo. i. d. c. si qs. Similiter etiā libertus non tenet sequi dominū vagabūdū ad pstandū ei operas. c. de illis: de spon.

3 ¶ Sed quid dicemus ad quēdā casum de quo fui interrogatus. Erat qdam vxor iuuenis & sitr maritus erat iuuenis & vxor erat talis conditionis q sm cōsiliū medicorum si cōciperet moreret in partu: & sm conditionē suā nō possunt ptinere: & vir est talis cōditionis q non posset stare cū vxore itrādo & retrahēdo se. non emittēdo semē: & sic necesse ē vel q itus emittat & sic ingrauidabit & seqtur picolū mortis vel q extra mittat & sic peccat. nec valet si qs dicat q pot procurari p medicinas ne ingrauidet: vel q sequat abortus. q2 eēt cōtra finem principalem ipsius actus matrimonialis. Non valet etiā si quis dicat q possunt cōtinere ieiunādo. vigilando: & alia faciendo quibus caro refrenatur. vel intrare religionem. q2 respondent ipsi dicendo q non possunt: & possent verum dicere presupposita conditione eorum. sicut dicit i Euāgelio. q necesse est vt veniant scādala. s. presupposita conditione hominum. Ad hoc igitur respondi q tenent cōtinere. sicut dicit i simili. e. Tho q maritus tenet ptinere si vxor sit isirma vel eō. similiter qñ de psilio medici imineret periculū magne isirmitatis ex actu matrimoniali tenetur continere. ita dicitur in casu proposito.

x Ypo quātum vixit vel predicauit ver. predicare. §. si. Uide aliquid ver. Jesus.

y Ypocrisis. vide. v. simulatio.

y Yronia. vide ver. hironia.

y Ystrio. vide ver. histrio.

z Zelus. vide ver. inuidia.

FINIS.

Finita impressio Sūme Tabiene reformate. 1520. die. xi. Aprilis.

Notandū.p̄.pro declaratione huius Summe ... tedij breuitate dimisi ponere aliqua que alr... nūt.s.Angelica:& Rosella: puta:rubricas iuris ...lis: & canonici.declarationem quotationū.abreuia/tiones: nomina doctoꝝ qui allegant: & si q̄ sunt si/milia:& hoc qꝛ ista satis patēt in dicta Angelica: & Rosella quos secutus sum vt plurimum quantū ad hoc & quātū ad multa q̄ ipi bene dixerūt & ab eisdē accepi.a qbꝰ & ipsi acceperāt.veritas.n.a.s.e.est.

Notandū.2.q nō est admirandū:si aliquid ali/quādo repliceƚ: in diuersis locis:qꝛ id fit:tum qꝛ ali/quādo sunt parua:& nō multo plus occupant ponē/do totū q̄ȝ solū alegando: tum qꝛ aliquādo sunt di/uersoꝝ doctoꝝ: vel accipiūtur in diuersis locis eius/dem doctoris. diuersimode dicta:& sic nō sunt oino idem:tum qꝛ aliter narrātur & ad diuersos fines: si/cut etiam fecit aliquādo.s.Tho.

Notandū.3°.q ista nostra summa: diuiditur p̄ in diuersos titulos s̄m ordinē alphabeti:quilibet ve/ro titulus:in diuersa capitula secundum q ordinate inueniūtur in eadem littera.Ista autem capitula di/uiduntƚ imediate per plures paragrafos. exceptis q/busdā capitulis q̄ nō statim diuidūtur per.§.sed ali/ter.Nā absolutio diuidiƚ imediate per absolutio.p̄. & absolutio.2°.& deinde per.§.Item.c.beneficiū:diui/ditur p beneficiū.p̄.Beneficiū.2°.3.&.4.deinde p.§. Capitulū cōfessio:diuidiƚ p cōfessio.p̄.delicti:& ꝯfes/sio.2°.sacramētalis:deinde per.§.Capitulū cōfirma/tio:diuidiƚ per confirmatio.p̄.in cōi:& ꝯfirmatio.2°. sacramētū. capitulū ꝯsecratio:diuidiƚ.p̄.per cōsecra/tio.p̄.epoꝝ Cōsecratio.2°.ecclesie.3°.altaris.4°.cimi/terij.5°.vestiū. Capitulū donatio:diuidiƚ per dona/tio.p̄.inter viuos:donatio.2° causa mortis: donatio tertio inter virum & vxorem.Similiter capitula ele/ctio.cm.eucharistia.cm.excōicatio.c.impedimentū.c. interdictū.c.irregularitas.c.legatū.c.matrimoniū.c. ordo.c.peccatum.c.votum.c.vsura:diuiduntur.p̄. per.p̄.2°.3°.&c̄.vt patet in summa. Quia vero acci/dit multociēs q vnū & idem pertineat ad diuersos titulos vel ad diuersa capitula & in vno solo loco po/natur:vel aliquādo in diuersis & nō statim occurrat querenti vbi sit positū.Item qꝛ aliquādo idem capi/tulū est prolixū. Et breuiter ad faciliorē modū repe/riendi materias:supposui hoc breue repertorium se/quens in quo notaui: nobiliores:vtiliores:& comu/niores materias. per alphabetum.vt p̄ vnūquodq; operaƚ in suo capitulo vbi quantū possibile fuit.fue/rūt posita ordinate.si vero non cito occurrat: recur/rat ad hoc repertorium.

Quia nūc in cōcilio lateranēsi fuiƚ prohibitū sub pena excōicationis q nullus imprimeret vel impri/mi faceret aliqd opus de nouo sine auctoritate epi: & inquisitoris ideo feci vt infrascripti se subscriberēt propria manu vt patet in exēplari.

Uisa prohibitione noue stampationis nisi de li/...ia dyocesani vel Uicarij. ...deo prestamus ac ꝯcedimus licentiā stāpandi summam Magistri ...nis de Tabia ord. pdicatoꝝ sacre Theo. professore. Alex.de Pernanis de Bononia: Reuerendissi.D. Car.Bonon.Uicarius generalis:&c̄.

Uisa prohibitione noue stampationis nisi de li/centia dyocesani:& inquisitoris.ideo prestamus ac ꝯcedimus licentiā stampandi opus electū & vtile.s. summam Reuerēdi patris fratris Joānis de Tabia ordinis pdicatoꝝ sacre Theo. professoris eximij.

Frater Joannes de Torfaninis alias de Bono/nia ord. predicatoꝝ. Reuerendi p̄ris fratris Hiero/nymi de Uigleuano ordinis pdicatoꝝ sacre Theo. professoris eximij in ciuitate Bononie inquisitoris heretice prauitatis Uicarius.

Die.13.Februarij.1518. fuerunt requisiti idē Uicarij vt vellēt codē mō ꝯsentire vt imprimeretƚ hec nostra reformata q ambo respōderūt q sic.exponētes se de nouo velle subscribere si opus eēt & dixerunt q suffi/ciebat talis confirmatio.

Explicit Sūma Tabiena reformata cui titulus est Sūma Sūmaꝝ: de casibus cōsciētie a proprio originali excerpta:& Bononie impressa in edibus Be/nedicti Hectoris Bibliopole Bon.Anno dn̄i.1520. die.21.Aprilis. Leone.x.Pont.Max.Regnāte.



C

FINIS.

Registrum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t
u x y z et ɔ ꝛ aa bb cc dd ee ff gg
hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ss tt
uu xx yy zz etet ɔɔ ꝛꝛ aaa bbb ccc
ddd eee fff ggg hhh iii kkk lll
mmm nnn ooo ppp qqq rrr

Omnes sunt quaterni.

¶ Hec notaui post compilationem hanc vltimam.

In car.19.col.2.℣.accusatio.§.fi.in fi. adde: ꝯ ea q̃
hic dicũtur:⁊ infra.℣.iqsitio.§.5.⁊.℣.inqsitor.§.7.
⁊.8.dicit ⁊ tenet.D.Car.Caie.in cõmẽto.22.q.69.
ar.p.⁊ in quadã responsione ad quedam dubia ait.
Ad dubiũ autẽ:vtrũ infamatus de aliquo possit de
omnibus inquiri vt tenet Pe.de palu.in.4°.respon/
deo ꝙ nõ potest inquiri de illis de quibus non labo
rat aliqua infamia iuxta dec̃. inquisitionis de accus.
dicẽtẽ super illis tñmodo fieri inquisitio debet de q
bus clamores aliqui precesserũt:dictũ autem Pe. de
pal.cũ bona reuerentia dictũ sit:tantũ valet quãtum
sua ratio.s.q: iudicare de occultis nõ propter pecca/
tũ sed propter peccatores prohibet:hec ratio falsum
assumit q: occulta ex ipsa ratione qua occulta sunt:
ab humano iudicio exẽptũ sunt:⁊ proportiõabiliter
occulta i tali iudicio seu processu ab illo exẽpta sunt:
suapte natura:hec ille.eadẽ dicit. 22.vbi.s.addens:
ꝙ in tantũ dec̃.illa exigi vult precedentez infamiam
super aliquo crimine ꝙ si duo vel plures iurati assir/
mant:aliquem crimen aliqd.eisdem videntibus cõ/
misisse de quo aliqua nõ laborat infamia nõ est ꝯtra
eũ propterea inquirendũ:⁊c̃.hec ille:vbi ponit duo:
vnũ est ꝙ nullus possit procedere cõtra aliquem de
aliquo crimine nisi ꝑcedat infamia de crimine ⁊ de
persona.2m est ꝙ nõ põt quis procedere cõtra aliquẽ
qñ est cõuictus in vno de alio. Sed primũ est expsse
cõtra.s.Tho.qui in.5.ql.ar.16.ait.Quãdo de adul/
terio ꝑcedit infamia vel aliqua signa euidẽtia appa
rent q̃ vehementẽ suspitionem facere possunt vel qñ
semiplene probatũ est:debet exigi iuramentum: ⁊c̃.
⁊.22.q.33.ar.7.ad.5m.arm ait.Nõ habet potestatem
ꝑcipiendi aliquid super occultis nisi inquãtũ ꝑcedũt
aliqua inditia.puta per infamiã vel aliquas suspitio
nes hec ille:vbi pz ꝙ loquit disiũctiue:⁊c̃.est etiã ꝯ
Panor.qui in.c.cũ oportear:de accus. ponit multos
modos in quibus põt iudex procedere sine ifamia:⁊c̃
etiã ꝯ Ange.q in suo tractatu ponit multos modos
quibus põt quis procedere sine infamia vt aduxi in
.d.7.§.est etiã cõtra cõez praticã. Ad argm suũ dice
tur infra.Ad.2m dubiũ.℟.vbi notandũ ꝙ infamia ꝑ
prie ⁊ simpliciter dicitur de persona. sm quid de cri
mine:sicut sanitas dr simpliciter de animali:sm qd:
de vrina vel medicina unde qñ aliquis est infama/
tus vna infamia est simpliciter infamatus ⁊ perdit:
⁊c̃.si aũt ipsa psona duabus infamijs laboraret ipse
infamie cũ pertineant ad eãdem personã essent eius/
dẽ spẽi sicut in simili declarat ipse Reuerẽdiss. Car.
22.q.69.ar.5.ad.2m.argm in.4°.suo dubio: ꝙ si esset
aliquis sacerdos religiosus qui audisset in cõfessione
aliquã mulierem ⁊ cognosceret illam ille.3.circũstã
tie q̃ sunt personales pertinẽtes ad eãdem personaz
sunt eius spẽi ⁊ ex cõsequenti sufficit cõfiteri vnã:de
hoc habes.℣.sacrilegiũ.§.2.circa mediũ: ita in pro/
posito:iste infamie inquantũ infamant eãdem perso
nã sunt eiusdẽ rationis ⁊ vna in existente est simplici
ter infamatus ⁊ est remota causa quare de eo non
possit inquiri:⁊ ista est intentio Pe. de pal.⁊ sic stat
ratio sua firma q̃ potest confirmari per dictũ Bar.
de quo vide in.d.§.5. Ad rationes suas quãdo ad/
ducit tex.d.c.inqsitionis.Sciendũ ꝙ ille valde strin
git vnde dũ excercerez officiũ inqsitionis sepius dubi/
taui ⁊ diuersos doc.interrogaui ⁊ dum semel inter/
rogarem.d.Petrũ de canonicis doc.egregiũ ⁊ val/
de resolutũ respondit ꝙ ille tex.⁊ alij debent intelli/
gi:quãdo nõ precedit infamia vel aliquid equiualẽs
⁊ hoc videtur sm mẽtez.s.Tho. vnde Panor.in.c.
p.de deposito vltimo. nõ dicit ꝙ vnus bonus testis
plus operat de veritate q̃z fama:vnde facit semiple
nam probationem ⁊ sufficiens ad torturã ꝙ non fa
cit infamia:potest etiã responderi sm Panor. in.c.
cũ oporteat.de accus.ꝙ nõ proceditur ordinarie sine
infamia.secus in casibus exceptis: hoc est quod dicit
Ang.in.d.trac.vt recitatũ est in.d.§.7. Ad id quod
adducit de tex.s.ꝙ si essent duo vel plures iurati:⁊c̃.
℟.cũ illa reuerentia qua ipse Petro:ꝙ vel equiuocat
vel nõ bene intellexit tex.vel assumit falsum.p ꝙ eq
uocat de infamia q̃ proprie conuenit soli persone vt
dictũ est:de eo.n.proprie laborat infamia de quo est
indiciũ vehemens criminis:vel quãdo crimen est se/
miplene probatũ.2° nõ bene cõsiderauit tex. qui nar/
rando quesita ponit illud de iuratis sed respondẽdo
nõ replicat sed manifestat omnia illa q̃sita fuisse ma
le fundata vtz in eadẽ ℟.potuissent.n.iurasse mul/
tis modis in qbus nõ facerent sufficiẽs indiciũ.puta
erãt testes notati vel discordes:⁊c̃.vñ tex.i respõsiõe
nõ repetit. 3° ꝙ assumit falsuz.s.ꝙ ista instãtia nõ sit
introducta:⁊c̃.vñ Pan.in.d.c.cũ oporteat ait.Exce
ptio ꝙ ꝑcessit ifamia ẽ dilatiõa itroducta i fauorẽ iq
siti:ecce ꝙ ẽ itroducta:⁊ nõ de se:⁊ ifauorẽ inqsiti er
go peccatoris ⁊ nõ peccati.sic Pe.dicit:Et Io.an.i
glo.c.2.de accu.i.6°.ait.Nõ ergo iste ordo.s.ifamie:ẽ
ita de substãtia ꝙ ei renũtiari nõ possit.imo dicit tex.
ꝙ si ꝑcessit sine ifamia ⁊ in principio nõ appellauit
ꝑcessus: qd nõ eẽt nisi eẽt introductũ i eius fauorẽ.